ANALECTA HASSIACA,

darinnen allerhand
zur
Hessischen Historie/
IVRISPRVDENTZ
und
LITTERATVR
gehörige Urkunden / Abhandlungen
und Nachrichten
mitgetheilet werden
von
Johann Philipp Kuchenbecker.

COLLECTIO X.

MARBURG/
bey Philipp Casimir Müller. 1736.

Vorrede.

Geneigter Leser!

Das Closter Möllenbeck ist eines der ansehnlichsten in der Graffschafft Schaumburg/ und dennoch seynd so wenig beglaubte Nachrichten darvon vorhanden/ daß man sich billig darüber verwundern muß. Conrad Hoier/ ehemahliger Sub-Prior daselbst/ hat zwar eine Relationem historicam de fundatione Monasterii Mollenbeccensis aufgesetzt/ und zu Rintheln

anfänglich im Jahr 1623. in 4to und nachmahls vermehrter 1626. in 8vo durch den Druck bekant gemacht; allein das Buch hat sich dergestalt vergriffen/ daß es von den mehresten bishero vergeblich gesucht worden. Der bekante Paullini *in Historia Virginum-Collegii Visbeccensis pag. 119.* hat dieses allschon wahrgenommen/ und ich würde mich vielleicht ebenfalls noch geraume Zeit vergeblich darum bemühet haben/ wofern nicht der gelahrte Herr Professor Funck mir die letztere Auflage aus der Löbl. Rinthelischen Universitäts-Bibliothec güthigst mitzutheilen beliebet. Es wäre zu wünschen/ daß der Auctor statt denen vielen unnöthigen Ausschweiffungen die Urkunden des Closters selbst besser zu Rathe gezogen und uns selbige mitgetheilet hätte: jedoch aber da es eine bekante Sache/ daß man zu damahligen Zei-

Zeiten mit Historischen Untersuchungen weit anderst dann jetzo zu Wercke gangen/ und wir indessen noch keine bessere Nachricht von nur erwehntem Closter aufweisen können/ dann eben diese: so wird es dem geneigten Leser verhoffentlich nicht unangenehm seyn/ daß ich solcher in gegenwärtiger Zehenden Samlung einen Platz einzuraumen mir gefallen lassen. Zu einiger Erläuterung habe ich die Excerpta Necrologii veteris Abbatiæ Mollenbeccanæ, sodann die dem Closter von denen Kaysern Arnolph/ Otto dem II. und Henrich dem II. ertheilte Privilegia mit beygefüget. Jene befinden sich bereits in Herrn Schannats *Vindemiis Litterariis Coll. I. p. 138.* und diese seynd aus des berühmten Pater Martene *Collectione Amplissima Scriptorum Veterum Tom. I. p. 229. 363.* entlehnet worden. Es ist nicht jedermans

Sache alle kostbare Wercke / so in unseren Zeiten zum Vorschein kommen / anzuschaffen / obschon dieser und jener sich gern in den Geschichten seines Vaterlands belustiget. Deßwegen hoffe ich denen Liebhabern der Heßischen Historie keinen unangenehmen Dienst zu leisten / wann ich alles hier einschlagende aus denen grösseren Wercken zusammen tragen / und diesen Sammlungen nach und nach werde einverleiben. Der sel. Professor Dohm zu Rintheln hat zwar auch anno 1720. stricturas ad historiam cœnobii Mollenbeccensis heraus gegeben / es seynd aber selbige von so schlechter Wichtigkeit / daß man ihrer ohne Verlust entrathen kan. Vielmehr habe ich die noch übrigen Blätter verschiedenen zur Heßischen Reformations-Historie gehörigen Urkunden gewidmet / welche als eine

kleine Nachlese derer bey Gelegenheit des feyerlich begangenen zweyten Jubilæi Augustanæ Confessionis häuffig an das Licht getrettenen Schrifften billig könten angesehen werden. Der dem Nahmen und Thaten nach Großmüthige Landgraf Philipp von Hessen war einer der ersten und standhafftigsten Bekenner des hervorleuchtenden Evangelii und hat sich hierdurch einen Nachruhm erworben / welchen keine Zeit verduncklen / noch je ein Unglücks-Fall wird können erlöschen. Wie fest bereits im Jahr 1525. dieser tapffere Fürst in denen Evangelischen Wahrheiten gegründet gewesen / darvon leget das an Niclas Ferber genannt Herborn zu Marburg erlassene Schreiben eine stattliche Probe vor Augen / und es würde die Welt ob dessen tieffer Einsicht in Glaubens-Sachen erstaunen müs-

sen/ wofern die mit Hertzog Georg von Sachsen/ einem derer hefftigsten Wiedersacher derer Protestirenden Stände/ um diese Zeit eigenhändig geführte/ und in hiesigem Königl. Hochfürstl. Archiv aufbehaltene Correspondentz dereinst solte an das Licht tretten. Unter vielen tausend Christ-Fürstl. Veranstaltungen ist wohl eine der allerruhmwürdigsten/ daß er die zwischen Luthero und denen Oberländern und Schweitzerischen Kirchen entsponnene Zwistigkeiten weißlich beyzulegen und beyde Partheyen als Glaubens-Brüder Christlich zu vereinigen mit ohnermüdem Eyffer sich angelegen seyn lassen. Billig ist unter die hohen Meriten dieses theuren Helden meines Erachtens dasjenige oben anzusetzen/ daß er den Statum controversiæ selbst auf das genaueste eingesehen/ sich durch kei-

seinen Eyffer dieses oder jenes Theils einnehmen lassen/ und nach seiner ausnehmenden Klugheit allerseits zum Frieden und Eintracht beständig angerathen. *Urbanus Regius*, welcher dem Reichs-Tag zu Augspurg anno 1530. mit beygewohnet/ stattet in einem Schreiben an Dr. Luther ein herrliches Zeichnüß hiervon ab/ dessen Worte ich aus des seel. Professor Joannis *Spicilegio tabularum veter. pag. 551.* allier zu wiederhohlen mich kaum entbrechen kan. Hessorum Princeps, schreibt er/ nuper me ad prandium vocavit adolescens vehementi ingenio, & scripturæ sanctæ supra hujus fortunæ rationem studiosus; quocum de universa Evangelii causa diu multumque disceptavi; duas autem horas de Eucharistia. Habet Princeps ille in memorato omnia Sacramentariorum argumenta, quorum dilu-

tionem à me audire voluit, & gratia Dei præstante, sic ea de re disserui ut mihi ejus mentem intelligere haud difficile fuerit. Non sentit cum Zvvinglio, (welches man dermahlen an seinen Ort gestellt seyn lässet) ita confessus est mihi; votis tamen ardentissimis exoptat doctorum hominum concordiam, quantum sinit pietas; fidem dixi illibatam omnino conservari oportere; cæterum charitatem esse expositam omnibus. Das von ihm zu Marburg angestellte Colloquium hatte bekantlich keinen andern Endzweck / als unter denen streitenden Partheyen Friede zu stifften / und eine Einigkeit in denen Glaubens-Lehren einzuführen. Die von mir hier beygebrachte Brieffschafften werden ein und anderen Umstand darvon klärer / als bis anhero geschehen / zu Tage legen. Herr Salig in der vollständigen Historie

storie der Augspurgischen *Confession Part. I. p. 144.* und andere haben darvor halten wollen / Zvvinglius seye sehr ungern nacher Marburg kommen / allein dessen eigenhändige Brieffe sub Nr. II. III. und IV. zeigen schnur stracks das Wiederspiel; und Herr Lœscher *in Historia motuum pag. 150.* hat nicht nöthig weiter an Hospiniani und Hottingers Bericht zu zweifflen / daß der Rath zu Zürich an dem Verzug schuld gewesen / und in die Abreise nicht willigen wollen. Wer aber von beyden Theilen hierselbst obgesieget / und ob Landgraff Philipp so überzeugt gewesen / daß die Sweitzer den Kürtzeren gezogen? wie Justus Jonas in einen Schreiben an den Stollbergischen Rath Wilhelm Reiffenstein / welches in Seckendorffs ausführlicher Historie des Lutherthums *Lib. II. p. 974.* zu finden / vorgegeben / darvon will ich diejenige urthei-

urtheilen lassen/ welche die pag. 402. und 403. befindliche Worte Zvvinglii mit Bedacht zu lesen und vernünfftig zu überlegen sich die Mühe geben werden. Inzwischen ermüdete der Landgraff nicht auf dem Augspurgischen Reichs-Tag an einer Vereinigung nochmahls arbeiten zu lassen/ aber der Articul vom Heil. Abendmahl war der eintzige Stein des Anstosses/ daran sich die zu wünschende Einigkeit zerschluge. Martin Butzer/ Prediger zu Straßburg/ ein sittsamer Mann/ und auf welchen er jederzeit vieles Zutrauen gesetzt/ wurde darzu ausersehen/ daß er mit Melanchtone hierüber handlen muste/ wie dann die sub Nr. X. hierbey gefügte erstattete Relation von dem Verlauff dieser Sache besondere merckwürdige Nachrichten darleget. Es gediehe auch endlich durch kräfftige Vermittlung des

Land-

Landgraffen dahin/daß im December des Jahrs 1534. Melanchton nacher Cassel geschickt wurde/ um mit Bucero weitere Unterredung zu pflegen/ welche sich bis in den Januarius des künfftigen Jahrs verzögert. Es ist mein Endzweck gar nicht dasjenige was Hospinianus, Seckendorff/ Salig/ Löscher und viele andere hiervon aufgezeichnet/ der Länge nach allhier zu wiederhohlen/ sondern ich will vielmehr nur als eine Probe der gantz besonderen Sorgfalt des Landgrafen allhier anführen/ daß er D. Luther von dieser gepflogenen Handlung so fort in beygehendem Schreiben sub Nr. XI. Nachricht ertheilet/ und ihn auf das nachdrücklichste ermahnet/ daß er sich hierbey also erzeigen und halten möchte/ damit jederman sehen könne/ daß er zu Aufnehmung Gottes Worts/ und Erhaltung gemei-

nes

nes Friedens Lust trage. Mit Melanchton wurde besage Nr. XII. XIII. XIV. und XV. die Correspondentz ebenfalls fleisig unterhalten/ und es wird wohl niemand abläugnen können/ daß in dem Vereinigungs-Werck Landgraf Philipp die Haupt-Person gewesen/ und durch seine ohnermüdete Vorsorge und weise Rathschläge das mehreste darzu beygetragen/ daß endlich im Jahr 1536. zu Wittenberg die Concordie mit denen Oberländern durch Gottes Segen zu erwünschtem Stande gebracht worden. Es zeiget das an die *Theologen* zu Marburg ergangene Schreiben sattsam/ wie fest er nachmahls darauf bestanden/ daß in denen Heßischen Landen selbiger in allen Stücken gemäs gelehret würde/ und es wird ihm zu einem unsterblichem Nachruhm gereichen/ daß er bey diesen Zwistigkeiten jederzeit

den

en Mittel-Weg erwählet/ brüderliche Einigkeit zu stifften gesuchet/ und beyde Partheyen von aller Zancksucht und Bitterkeit treulich abgemahnet. Weiter will ich dermahlen nichts anmercken/ sondern überlasse diese Briefschafften zu vernünfftiger Uberlegung denenjenigen/ welche in keinen Vorurtheilen stecken/ und aus blindem Eyffer diesen oder jenen Satz zu behaupten suchen. Solten einige bereits anderwärtig/ wie ich doch nicht glaube/ gedruckt zu finden seyn/ so wird mir der geneigte Leser solches um so weniger verüblen/ als ich weder Zeit noch Gelegenheit habe dermahlen alle hiehin gehörige Wercke nachzuschlagen. Dieses muß ich noch erinnern/ daß mir einige davon durch den **Gräfl. Kirchberg-Saynischen Lehn- und** *Archiv-Secretarium*, **Herrn Avemann**/ andere aber aus dem vortrefflichen **Uffenbachischen Vorrath** zu Handen kommen. Der geneigte Leser gehab sich wohl/ und bleibe mir gewogen.

Geschrieben Cassel den 28ten Mertz
Anno 1736.

Inhalt

Inhalt
dieser X. Sammlung.

I. Cunradi Hoieri historica relatio de fundatione Monasterii Molebeccensis 241

II. Excerpta Necrologii veteris Abbatiæ Mollebeccanæ 381

III. Privilegia Arnulphi, Ottonis II. & Henrici II. Imp. cœnobio Mollebeccensi concessa 387

IV. Nachlese einiger zur Heßischen Reformations-Historie gehörigen Urkunden und Briefschafften 393

I.

Brevis, eaque vera, & absoluta,
de

FUNDATIONE MONASTERII MOLEBECCENSIS

Historica relatio,

multiplicisque ejusdem jacturæ narratio, partim plana, & ligata, partim soluta oratione descripta,

ac edita anno M DC XXIII.

Iam vero multis in locis emendata, aucta & ita concinnata, ut in omnium cuiuscunque etiam Religionis, status, ac ordinis sint, manus, sine ullo alicuius offendiculo, libere venire ausit,

auctore
CUNRADO HOIERO,
ibidem Subpriore, P. L. C.

M DC XXVI.
Rintelii, Typis PETRI LUCII,
impensis vero Reverendi viri
DOMINI
RUDOLPHI TRACHTERI,
Patris Prioris in Molebecca.

AD CANDIDVM LECTOREM.

Quos antiquarum iucunda ſcientia rerum
Non iuvat, hos Brutis æquiparare licet.
Diſcernuntur ab his forma tantummodo vultus,
Garrula vox addi queis ſine mente poteſt.
Ne ſimilis vero Brutis videare, neceſſe eſt
Hiſtorias obiter poſt ſacra ſcripta legas:
Sit tibi grata rudi metro fundatio noſtri
Cænobii, nobis ſcripta, probata bonis.
Cuiuscunque viris ſint relligionis, & artis,
Offerre hanc auſim, ſic ea facta mihi eſt.
Nil & ineſt illi, quod quenquam offendere poſſit,
Ni malus oſor, Iners Momus & eſſe velit.
Quid malus Oſor? Iners quid Momus? an oderit Oſor,
Mordeat aut Momus ſcripta, perinde mihi eſt.

Reve-

Reverendo Viro
DN. RUDOLPHO TRACHTERO,
officio Patris Prioris Collegii Molebeccensis
præfecto, gratulamur,
ANNO

Vir Reverende Prior, digno quo factus honore,
VIVe bono sospes pLVrIMa LVstra Deo.
Vir Reverende Dei Cultor, dignissime Præsul,
Unica quem summi tangit reverentia Regis,
Quique bonas didicit studiosus Apollinis artes,
Quæ faciunt doctos volitare per ora virorum,
Clara quibus pietas fecêre & Nomina Musæ,
Sic erat in fatis iterum rebarque futurum,
Majori ut titulo digne ornarêre Prioris
Ordinis applausu, Procuratoris ademto
Munere, quo functus mediocri pace per annum
Mollenbecciacæ, cui jam præfectus es, ædis,
Verus ubi cultus viget, ac pietatis avitæ
Prisca fides, tantum qua justificante beamur,
De, Reverende, novis tibi, Præses, honoribus imo
Gratulor ex animo, Spartam Duce, & Auspice Christo
Quam nactus, clariis animi virtutibus ornes.
Des operam antiquæ, quam nos profitemur, in horas
Relligionis honos eat, & des ocia Musis,
Larga Dei iussu miseris alimenta reponas,
Subiectis præsis, prosis, faveasque tot annos,
Vult quot Jova, pie cœli post fata revisas
Morte tibi partam Christi feliciter Aulam.

Reverendis & Doctissimis Viris
DN. RUDOLPHO TRACHTERO,
Patri Priori,
D. LAURENTIO WESTHOVIO, Magistro Novitiorum, Seniori & Custodi, D. JOHANNI MOR-

DERIO, Procuratori, D. PETRO ERNESTI, D. JODOCO BOLÆO, D. HERMANNO VELTMANNO, D. HEINRICO TRIBBÆO, D. ANTONIO STERTFEDDERO, & D. PETRO GRINERO, Concionatoribus, & D. IOHANNI BRATENIO, Professo, collegis ac fratribus suis carissimis.

Fratres mei carissimi,
Quibus diserta contulit
Suas Minerva nobiles
Artes, honesta nomina,
Vobis probetur inclyta
Nostra Domus fundatio,
Rudi conscripta carmine
Mihi, dicata gratia
Vobis honoris, obsecro
Ut hanc legatis candida
Synceritate, vos amo,
Amavi, amabo, jugiter,
Amate me, relinquite
Senem nec unquam, vivite
Salubriter, virescite.
Diu valete prospere,
Polique regna denique
Post vestra fata visite.

Vester totus
CVNRADVS HOIERVS,
Subprior P. L. Cæsareus.

ELEGIA GRATVLATORIA.

De capitalibus Dei pœnis, bello, peste, fame, & mundi perversitate, super Nomen Reverendi viri, Dn. RVDOLPHI TRACHTERI, die 25. Decembris Anno 1622. Patris Prioris Molebeccensis designati, & confirmati, scripta, eidemque jam annum officio Prioratus functo, dedicata Anno gubernationis.

MI DeVs, In ChrIsto IesV rata & Integra IVrIs
Sancta tibi, & nobis stet Molebecca diu.

*R*es misera tristes hac tempestate videmus
*U*ndique diversis omnia plena malis.
*D*ura laboriferæ labuntur tempora vitæ,

Omni-

Omnivorus forti Mars quatit arma manu,
Lethiferæ inficiunt totum contagia mundum
Pestis, & atra hominum millia multa vorant.
Horrendum, ægra fames homines, & Bruta fatigans
Vi necis annona deficiente necat:
Stravit, & abripuit spoliis violenter onustus
Tristi ubi Mars bello cuncta ubicunque bona.
Raptorum, Furum, scelerum & malefacta latronum
Agmina densantur, rara avis Albus homo est.
Crimina criminibus geminantur ubique locorum.
Huius & illius facta nefanda patent.
Terribile, & nocuum scelerosa calumnia Monstrum
Exitium multis perniciale parit:
Relligione gravem jactat se quisquis, haberi
Vult Syncerus, abest Relligione procul.
Scurrili est animo, perversus, & ore trilinguis,
Pectore Syncerae nil probitatis alit.
Alterius durum alter onus portare recusat,
Tristatur, læta sors ubi fronte favet.
Exultat, mœstos vultus ubi sumit acerbis
Rebus, & insontes tentat iniqua viros.
Perversos tristi spectans hos lumine mores
Rerum humanarum, Vir Reverende, gemis.
Inquis, in hæc cur sum detrusus tempora, multis
Omnia sunt quorum deteriora malis?
Raptus ad officii grave munus? & ô mihi grande est
Impositum, nequeo quod tolerare, jugum.
Non, ignare, mali primoque experte sub ævo
Maiora his patiens, & graviora malis.
Obdures sapiens, patiens dicendo, ferendo,
Luctari discas, denique victor eris.
Laude tuam exornes Spartam, quam nactus es anno
Elapso, facias quæ facienda fide.
Nil hominum metuas recte faciendo protervos

Blæſorum morſus, nil tibi obeſſe queunt.
Eſto bonis æquus, miſeris alimenta reponas,
Cura animi, ac opibus templa, ſcholasque juves,
Alme Deus, caſſis des quæſo prioribus aura
Vivat ut hoc noſter longius orbe Prior:
Ingrediatur ovans annum jam pace ſecundum,
Vincat in officio fortiter omne malum.
Annus hic elapſo ſit ei felicior anno,
TVtIor hoC ſoſpes VIVat, ID eſto ratVM.

GRATVLATIO

Reverendo Viro

Dn. RVDOLPHO TRACHTERO,

tertium jam annum officio Prioratus perfungenti ſcripta.

ANNO

ReX DIgnerIs eIs ope ChrIſte pIIſsIMe IeſV
Tutor adeſſe, tibi qui ſua corda dicant.
Vir Reverende Pater Prior, officioſa ſalutat
Quem Molebecca Patrem
Celebri honore, tertium
Quod felix eſto, jam ſancte ingreſſus es annum,
Quo tibi digna Patris
Tui dedere Filii
Nomina. Sit ſuperis laus, gloria, gratia, noſtra
Quod pia iura Domus
Stetêre, ſtant & omnibus
Integra rebus adhuc, quamvis hinc inde Malorum
Viderit, ac tulerit
Pericla, fraudulentias
Hoſtis, & inſidias quibus hanc tentavit. In hoc ſis
Totus, amande Pater,
Ut ire poſſit integra

Priſti-

Pristinus, ipse Deus quam promulgavit in Eden;
Relligionis honos,
Sacerque cultus, unico
Quin etiam cures studio syncera Triformis
Verba docenda Dei
Scholis favere debitis
Obsequiis pergas, parcas neque sumptibus, illos
Fœnore, crede mihi,
Deus refundet ubere,
Sponte tuis victum Membris & debitum amictum
Scilicet hæc, nequeunt
Quibus carere, conferas.
Te Deus incolumem, Nos, & tua Membra paterno
Servet amore, Domum
Et hanc regat potentibus
Præsidiis, eius, quo stent rata iura, nec ullo
Tempore fracta cadant,
Nec hostis illa conterat.
Sed doceantur in hac vere & synceriter omni
Verba Dei studio,
Scholæque alantur affatim;
Dum fluet undosi, multo qui pisce natatur;
Tota visurgis Aqua,
Vago Mari hæc & influet.
Hoc anima longum felix & corpore mundo
Vive, virefce, vale,
Et hinc ad astra transvola.

Annus gubernationis

Flat id optato Regum & fortissime, Regum
ReX, ego qVoD VotIs te rogo, Christe MeIs.

ANACREONTICA GRATVLATIO HONORIBVS

Reverendi Viri

DN. RVDOLPHI TRACHTERI,

officio prioratus iam tres annos perfuncti, nunc autem quartum regiminis feliciter ingredientis, destinata, anno regiminis

IesV ChrIste potens reX & DeVs IMproba nostrIs
Bella plagis fugiant, noxia quæque cadant.

Rudolphe vir verende
Trachtere, eis colende,
Quos præpotens Iehova
Virtute gratiosa
Dono bonas per artes,
Omnes simulque partes
Rerum pie sacravit,
Ornavit ac beavit,
Cursu tibi notandus
Felice quartus annus
Nunc incipit, gubernas
Nostras quasi paternas
Ædes, quibus sonoras
Damus preces per horas,
Electione digna
Quo iam Dei benigna,
Clementia, favore
Herois ac amore
Nostri, loco Tonantis
Joibst Herman id probantis
Illius & Senatus,
Qui voce sat probatus
Voto annuente voto,
Zelo procul remoto.

Grates Deo benignas,
Vera fideque dignas,
Cantamus elevando
Nostras manus, sonando
Laudes, quod hocce mundō
Nos in statu secundo,
Athletice repulsis
Vsque huc malis hiulcis,
Vitæ Bonorum Honorumq;
Expertium malorum,
Belli trucis timendæ
Pestis, famis tremendæ
Totam fere triformem
Diebus his per orbem
Grassantium furore,
Privantium decore,
Turbantium pavore,
Terrentium tremore,
Tollentium rigore,
Vllo absque fati honore,
Discriminis favore,
Mortalium calore,
Iræ genus dolore
Mœrens, paterno amore

Servat

Servarit in vigore
Iuſto & ſuo tenore.
Votis Deum rogamus,
Quem corde & ore amamus,
Dignetur ut deinceps
Mitis potensque Princeps
Belle ſatis valentes
Nos ſpiritum trahentes
Servare, & ampliare
Rebus, ſacro cibare
Verbo, ſubinde ſanæ
Doctrinæ alente pane
Nutum ſuum ſecundum,
Quem fecit eſſe Mundum
Bellum rapax cruentum
Peſtem famemque lentam
Noſtris procul fugare
Ex finibus, beare
Nos pace, donec altam
Cœli ſubimus aulam,
Sanctis, ut hic ſolemus,
Hymnis, ubi colemus
Hunc ſemper Angelorum
Inter choros bonorum,
Cum Filio beato
Et Spiritu ſacrato,
Quo ſupplices ovamus.
Fiat quod hic rogamus.

NeMo Vos VerbIs ſeDVcat InanIbVs, orbIs
Quicquid agit fallax, inſidianter agit.

PATER PHRONTISTERII & *PALMA PATIENS.*

Cum palma opprimitur, grandi ſub pondere ſurgit,
Impoſitum contra quodque repugnat onus.
Preſſa ferendo ſuas generoſo termite vires
Conquirit, poſita florida mole viret.

Brevius.

Palma virens tenues oppreſſo ſurgit in auras
Vertice, confringi neſcia mole crucis.

Der Palmbaum ſteiget aufgedrückt,
Durch Bürd wird nicht brochen ſein Rügk.
Tragende ſamlet Krafft vnd Macht,
Edler Art alle Bürd veracht.
Wenn ſchwere Bürd hinweg gethan,
Blühet, grünet, vnd kan beſtan.

Palma sui gaudet conspergi flore mariti,
Creditur esse tamen nullo quæ prædita sensu.

PATIENTIA.

Gedult ist aller Tugend Zier,
Durch Gedult werdn erhalten wir,
Der Gedult sequester ist GOtt,
Bey deme hinterleg dein Noth.
Ein Pflege-Tochter GOtts des HErrn,
Ein frewd guts Gwissns will vns ernern,
Die auserwehlte Mutter gnandt,
Der Weißheit sonst gar wol bekandt,
Getrewe Schwester sein ihr bereit,
Tapffers Gemüt, Beständigkeit,
Wenn gleich all Berge auf vns falln,
Vnd all Vnglück obr vns will knalln,
Nimbt dir viel von deiner Wolfahrt,
Entziehn will dein Heroisch Art,
Ein Vnglück mit dem and'rn geht schwangr,
Kömpst aus eim Labyrinth ins andr,
Dir auch der beste Freundt zusetzt,
Vnd womit kan er dich verletzt,
Gedult und Hoffnung nicht verlaß,
Halt weißlich Rath vnd rechte Maß,
Ohn Gedult all Tugnd Witwen sein,
Hast kein Gedult, bleibest allein,
GOtt der HErr will nicht haben ebn,
Daß fromme Hertzn in Wollust lebn,
Wollen sie mit GOtt sein vereingt,
Müssen durch Vnglück sein gereingt,
Sein auch bey dem kein kluge Sittn,
Die nicht Creutz vnd Elend gelittn,
Dein Tugend hat auch blossen Schein,
Kanst auch von Affect nicht sein rein,

Im

Im gantzen Lebn nicht kanst bestehn,
Sondern must gar zu Bodem gehn,
Hast Gedult, bleibst groß vberall,
Kan dir nicht schadn einigr Vnfall,
Gedult spricht: Habe guten Muth,
Du bist in rechter GOttes Hut,
GOtt ist dein gewaltiger Schutz,
Drum Teuffel und alle Welt trutz,
Trutz, Ehr, Muth, Gut, Macht vnde Geldt,
Der gerecht GOtt stets bey dir helt,
Starck vnd fest thue auf ihn bawen,
Für niemand soll dir groß grawen,
Laß dich nicht fechten einig Sorgn,
GOtt wird dir beschern Abnd und Morgn,
Bey deinr Zeit wird sein Fried vnd Huld,
Vnd wird gerochen dein Vnschuld,
Denn wer verführet ohne Rath,
Ist vnschuldig in aller That,
Die schuldig Straffe müssen tragn,
Habens ihrer Thorheit zu klagn,
Sein nicht gefunden groß, vnd klein,
Die diß nicht glernet insgemein,
Ist bessr in der Jugnd zu erfahrn,
Als wenns die Zeit ins Altr thut sparn,
Fried wird bringen grössere Macht,
Wie niemand hett zuvor gedacht
Vnd alls erfrischen vnd erwärmn,
Welchs angesehn, als wolt es sterbn,
In diesem Lebn Gedult bringt Nutz,
Dem Menschen gewaltigen Schutz,
Im künfftigen erwehlten Theil,
Selicheit vnd ewiges Heil,
Wirstu ans End beständig sein,
Fehrest selig in Himml hinein,

Da wird sein weder Furcht noch Schreckn,
Die diß nicht glaubn, sein grosse Geckn.

Latine & proprie sic de verbo ad verbum reddita.

PATIENTIA.

Triste malum vincens patientia nobilis Herba est,
Sponsaque virtutes inter honora bonas.
Nobile virtutum decus est PATIENTIA, per quam
Sustentamur in hac vita, Deus ipse sequester
Huius, apud quem Tu rerum tua damna reponas.
Filia Adoptiva est illius, nescia falsi,
Lætitia & mentis, bene quæ sibi conscia veri,
Nos alet, & pellet curarum ex pectore nubes.
Mater ea electa est, Sophiæ bene nota, sorores,
Fidæ, Strenuitas, acris Constantia cordis,
Fida quibus Gravitas Comes est ignara moveri.
Si caderent omnes in te, ceu turbine, montes,
Pungenti premeret stimulo sors aspera, cunctus
Res tibi vi eriperet sævis armata procellis,
Frangeret Illustres Heroo in pectore vires,
Sors esset prægnans, adversa sorte sonoram
In scyllam incideres, cupiens vitare Charybdim,
Ex labyrintheo rueres certamine plexus
In labyrintheos, per aquas, per Saxa, per ignes
Insidias strueret tibi fictus amicus, amicum
Se simulans fidum, quacunque & parte noceret,
Sint tibi fida Comes PATIENTIA, SPESque sagaci
Consilio, rectisque modis utare: Maritis
Hac sine Virtutes, viduis æquantur egenis.
Nî tibi sancta Comes fuerit PATIENTIA, quovis
Tempore solus eris, non vult Deus hisce nocivis
Vivere delitiis, (*) Christi quos morte redemit.

Uni-

(*) SENECA: *Deus bonum virum in delitiis non habet*

Uniri gaudent qui ſe conſtanter Iövæ,
Purgari debent adverſa ſorte, recocti
Non ſunt his mores, qui nulla incommoda fati
Senſerunt, paſſi varios neque tempore caſus
Afflicto, quid ſcit nunquam tentatus, & anctus?
Virtus non virtus tua, nil niſi nomine nudam
Præ ſe fert ſpeciem, purus nequis eſſe benigni
Affectus, tota nec in hac ſubſiſtere vita,
Cogeris ire ſtatim ſed peſſum turpiter omni
Deſpectus. Verum tibi ſi PATIENTIA præſto eſt,
Magnus eris, caſus tibi nulla adverſa nocebunt.
Suaviter affatur te ſic PATIENTIA dictis:
Fide, tuis conſtans Deus aſtat partibus, omni
Præſidio tecum eſt. Quid Dæmonis arma morare?
Quid mundum? mundi pompam? quid & æris acervos?
Nam tibi iuſtus adeſt Deus, & te ducit euntem,
Firmiter infractam ſpem pone virilis in ipſum,
Nil metuas Erebi furias, Hominesque reiectis
Sollicitæ curis vitæ confide ſereno
Corde Deo, Bonitas tibi cuius adeſſe parata eſt,
Seu rutulos oriens radios lux promat ab undis,
Seu recidens condat ſtellata nocte ſub undis.
Pax generoſa tuis & Gratia vera diebus
Florebunt, culpæ quoque defenſaberis inſons.
Qui ſine conſilio ſeductus, in omnibus inſons
Reb. is eſt, ſontes ſubeunt qui crimine pœnas,
Stultitiæ hocce ſuæ debent aſcribere, nonne
In communi omnes totum hoc didicere per orbem?
Næ melius primis illud ſentire ſub annis
Quam ſenio, Magnam vim pax feret aurea, quiſquam
Quod vix ſperaſſet, renovabit, itemque fovebit
Omnia, quæ tanquam ſunt mortua viſa, ſalubres
Vſque Deo fidens, adfert PATIENTIA fructus,
Præſidium populis hac exoptabile vitâ,

Poſt

Poſt hanc æternam cœli ſuper æthera vitam.
Si pius, & conſtans durabis ad ultima vitæ,
Ingredieris ovans ſpecioſa palatia cœli,
Nullus ubi timor eſt, neque terror, in omnia ſumma
Secula ſed vitæ non interitura voluptas.
Deſipiant ſtulti, quibus hæc ſunt fabula, firmam
Quique fidem ancipites illis adhibere recuſant.

AD COLLEGAS SVOS.

Vivite concordes, relicto murmure Fratres,
Integra conſtanti corda ligate fide:
Iuſſa tenete Dei, ſtudiis incumbite rectis,
Vnde gravi vobis ſurget honore Decus.
Invidiam mundi precibus ſuperate, fideles
Vnanimi noſtram mentem iuvate Domum.
Optima concedat placidæ Deus ocia vobis
Tot vitæ, quod vult: ô numeroſa velit!
Triſtib. ex mundi poſt funera veſtra tenebris,
Læta ubi lux, ſuperas vos det adire Domos.

Reverendo & Humaniſſimo Viro,

DN. RVDOLPHO TRACHTERO,

Collegii Molebeccenſis Patri Priore, quartum iam annum ad gubernacula huius Monaſterii ſedenti,

S.

Vera ſalus ab eo, qui fons & origo ſalutis,
Et pax, qui pacis dona beata refert.
Cum, Reverende Pater, veteri ſit more receptum,
Mandet & ipſe Deus,
Suis quibusque legibus,
Syncero ut caris de corde precentur amicis
Fauſta ſubinde ſuis,
Eisque grata munera

Mit-

Mittere nequaquam pro noſſe, & poſſe recuſent,
Signa probanda fide
Amoris integerrimi.
Cum ſint evecti digne ad faſtigia digni
Summa novique Deo
Favente honoris unico.
Hoc ego ductus, & id ſyncero more ſereno
Pectore fauſta precor,
Tibique grata munera
Mittere nequaquam pro noſſe, & poſſe recuſo,
Signa probanda fide
Amoris integerrimi.
Cum ſis evectus digne ad faſtigia digni
Summa novique Deo
Favente honoris unico.
Accipe pro Nummis Numeros & Munera chartas,
Quæ tibi mitto, datis,
Favore meque proſequi
Dignare, hinc faciam ſine fraude vocatio poſcit
Quæ mea, ſponte tibi
Favebo rurſus, optimo
Vive, valeque Deo, noſtram moderare beatâ
Dexteritate Domum,
Diu pericla neſciens.
BeLLI eſto fInIs, VenIat paX aVrea tanDeM,
Chriſte, procul cedant peſtis, & ægra fames.

Reverendo Viro

DN. RVDOLPHO TRACHTERO,

Patri Priori noſtro, annum iam quintum ſceptra noſtri Monaſterii gerenti, de felici regimine ego CVNRADUS HOIERVS, Subprior, & totus Conventus ex animo gratulamur.

Vir Reverende, Prior nobis dilecte, precamur,
EX Voto Vt Valeas teMpora Longa Deo.

Vir

Vir Reverende, Pater Prior & venerabilis, annus
Nunc abiit, rediit lætus & ille dies,
Quo Prior electus, quoque confirmatus es huius,
Ingenii & Genii quam regis arte, Domus.
Cuncta acclamamus nostris tibi prospera votis,
Plurima & ut vita lustra, precamur, agas.
Cœnobio præsis, felici & sydere prosis,
Quod facis, & cari nos Patris instar ames.
Ignoscas illis, qui te læsere protervi
Subditi, ubi dicunt NOSTRA EA CVLPA, PATER.
Non decet errati longum meminisse Priorem,
Non sine laude Patris qui grave Nomen habes.
Natorum morem tibi more geremus, ut æquum est,
Semper ad imperium Turba parata tuum.
Officii partes tacita sine fraude colemus,
Ne tua nos contra sæviat ira minax.
Quod superest, Christo longos feliciter annos
Sanus in imperio vive, valeque tuo.

Reverendo Viro,

DN. RVDOLPHO TRACHTERO,

Patri Priori, officio prioratus sextum iam annum perfungenti.

Pro nobIs pVgnet reX ChrIstVs & ImpIa DIrI
Belli abigat nostris finibus arma procul.
Vir Reverende, pium est humili de pectore summo
Grata referre Deo,
Frequenter & piissime,
Pro cunctis, Patria gratis quæ contulit in nos
Ex bonitate, bonis,
Quibus decenter utimur.
Sic agimus grates ipsi, quod in ordine nostram
Rite suoque statu
Domum reliquerit, Prior

Noster

Noster ubi *Heinricus Calmeier* obiverit, & Tu
Factus honore Prior,
Pio annuente Principe
Electus, nostro confirmatusque Senatu,
Plausibus ejus idem
Id approbante seriis.
Quam tibi syncera dico & offero mente, serena
Suscipe fronte, lege
Pie, bonique consule
Historiam tenui descriptam carmine nostræ,
Quam regis arte, Domus,
Reserva eamque perpetim.
SIt fInIs beLLI, reDeat paX Vna trIVMphIs
Nobilior, Templis otia sintque Scholis.

Admodum Reverendo Viro,

DN. JOHANNI VERINGIO,

ad Divos Martinum & Johannem Mindæ Decano dignissimo.

Stat sVa CVIque DIes, IbI VItæ & terMInVs hæret,
Vix ubi credit: agat jugiter ergo bene.
JANE VERINGI, pie vir, Decane
Digne, Musarum Decus & Patrone,
Spes Egenorum, Superos timentûm
Murus & Altor;
Dedico librum tibi, qui docebit,
Quæ sit Illustris Molebeccæ origo,
Sumptibus constet quibus & bonorum
Structa virorum,
Damna quæ multis toties ab annis
Fecerit, quid iam patiatur insons,
Attamen constans maneat Jehovæ
Pectore fidens.

Hunc librum quæſo capias ſerena
Fronte, perluſtres ſtudio, meus ſis;
Ut tuus quovis ego ſum, fidelis
Tempote Fautor.
Vere DeVs noſtro reX regVM paCIs honore
Tempore des nobis dona, tuosque iuves.

De FVNDATIONE COLLEGII MOLEBECCENSIS antiqui verſus.

A.

Sint licet antiqui verſus, tamen inde videre,
Quo fundata anno ſit Molebecca, potes.
Anno centeno D. C. duo ſeptuageno, 124
Decimo cum ſexto Molebeck jacitur loco grato,
Ante centum Schomborch bis denos annos quatuorque
Præſule Dragone regente pio Tyrone.

Item.

Annis nongentis Molebeck duo bis minus annis,
Folcart, & Hilborch ſimul extruxere Dragone.

Verſus antiqui ſuperliminari ſeu lapidi ſub introitum Templi inciſi.

Fundavit Hilborch, dotavit nobilis VFFO,
Flamen tunc Folcart ditat cum Præſule Drago,
Annis ſexcentis ferme fuit hic Monialis,
Gloria his celebris, ſed ſingula præterierunt.

Id eſt.

Anno octingenteſimo, nonageſimo ſexto, tempore Domini Dragonis, quinti Epiſcopi Mindenſis, Monaſterium Molebeccenſe ſecularium Canonicarum Imperiale liberum in honorem Sanctæ & individuæ Trinitatis, Glorioſæ B. Mariæ Virginis, & Divi Petri Apoſtoli, a Religioſa & Nobiliſſima Domina Hilburgi,

ſive

ſive Hildeburgi fundatum; ab Uffone nobiliſſimo eius Marito e longinqua, & longa peregrinatione domum reverſo multis bonis paternis, Privilegiis & Inſignibus Imperialibus, regifice dotatum, ac immenſis beneficiis Dragonis Epiſcopi, & Folcardi Sacerdotis munifice dotatum eſt.

Hiſce fidem noſtrum eſt ſcriptis adhibere, vetuſtas
Digna fide ſcripſit nil niſi digna fide.
Ergo, quod & verum eſt, fuit appellata fidelis,
Semper enim antiquam præſtitit illa fidem.

FIDELIS ANTIQVITAS.

Ad retinendam tenaciorem memoriam eorum, quæ apud Monaſterium Molebeccenſe geſta, & gerenda ſunt, præſertim emptionum, venditionum, penſionum, locationum, conductionum, notabilium, conceſſionum, infeudationum, nec non quarumlibet aliarum actionum de neceſſitate obſervandarum, fideliter in Catalogo Molebeccenſi annotata inveniuntur.

Ad hoc Monaſterium cum aliis multis Privilegiatis emptis, & donatis bonis, quatuor Principaliora officia pertinebant, ex quibus Abbatiſſæ, & cæteræ Canonicæ ſeculares ſingulis annorum quadrantibus, ad vitæ, ac Monaſterii ſuſtentationem annos reditus repoſcerunt & receperunt.

Ab imperfecto mihi quid cum Tempore? præſens
Arridet, melius præteritoque valet.

Poſt multum vero temporis Abbatiſſis, & Canonicis ſecularibus ob Divini cultus negligentiam, & ſecuritatem ad extremam paupertatem paulatim redactis, officia hæc diſtracta, & diverſis Nobilibus in feudum tradita, ac vendita ſunt. Ab his magnam officiorum partem Canonici Regulares Molebeccenſes non ſine parvo precio redemerunt.

Pagus **Heilbeck.** Primum officium vocatur das Heilbecker Ampt, cujus adhuc Canonici Molenbeccenses, Domini Beneficiarii, seu feudi, Possessores autem hujus eorum vasalli sunt, certumque vesperi Divi Martini Episcopi Canonem reddere tenentur:

Hujus autem bona omnia sunt Emphyteutica, Pfachtgut.

Secundum officium dicitur das Dan-Meyer Ampt, cujus maximam partem eidem Canonici certo precio proprie sibi emerunt.

Tertium officium appellatur das Thorn-Ampt, de quo Monasterium Molebeccense non minimam partem emit.

Bona hujus sunt Bona Emphyteutica Pfachtgut.

Pagus Rotdorphiensis Quartum officium nuncupatur das grosse Rottorffer Ampt / cujus dimidiæ partis Canonici Molebeccenses Domini Clientelares salutantur, singulisque annis in Profesto Divi Martini Episcopi certo canone dignantur, unde bona hæc Emphyteutica, Pfachtgut.

Tertiam vero & quartam partem emerunt, ut in libro, qui directorium bonorum Molebeccensium cum cæteris inscribitur, plenius habetur.

Im Hagen zu Betzen. His quatuor officiis accessit officium Wulfferingtorphiense, nimirum Pagi Bega, Humfelde, Betzen, Donopp & Lutter; ex quibus Monasterio Molebeccensi duæ vehes & quatuor modii frumentorum partim siliginis, partim hordei & avenæ, septendecim gallinæ & quindecim solidi reddita sunt. Ah reddita sunt!

Hagen Gericht. Ibidem Molebeccenses judicium das Hagen Gericht, non solum sibi iure vendicant, verum etiam quotannis solenniter exercent.

Reddi-

Reddita sunt, magna sed nunc ex parte negantur
Cœnobio, miseris ingemit unde modis.

Horum fundi in diversis locis, nimirum in Sternbergensi & Brakensi iurisdictionibus sita sunt, ut Catalogus illorum dilucide demonstrat.

Post hanc fundationem Monasterium Molebeccense & Templum lamentabiliter succensa, & destructa sunt.

Deinde secundo anno Domini millesimo, ducentesimo quadragesimo octavo idem Monasterium non sine iusto Dei iudicio igne exustum est, ita ut nihil, præter paucos parietes, maxima tamen ex parte collapsos de ipso remanserit, sanctæque Moniales coactæ, sua ut hospitia apud villanos quæsierint, ac habuerint. 1248.

Ad restaurationem autem istius per universam Diœcæsin Mindensem cum consensu Capituli mendicatio cum reliquiis Beatissimi Dionysii Areopagitæ, quæ ibidem in magno precio honorifice conservabantur, facta est.

Monasterium hoc sub statu Canonicorum secularium quingentos & quadraginta octo annos stetit. Abbatissarum secularium nomina & numerum infra invenies.

His Abbatissis plures rexisse putantur
Mollenbecciacam, qua modo nostra, Domum.
Credimus idque fere sexcentos quando per annos
Hæc Canonissarum tempore fixa stetit.

Fundatores Monasterii Gubernatores.

Nam quamdiu aliqua de progenie, & linea prædictorum Fundatorum inventa ac haberi poterat, quæ apta huic officio videbatur, in Abbatissam Molebeccensem eligebatur. Quamdiu Fundatores vixerunt, Molebeccam sua sub potestate habuerunt, feliciterque rexerunt.

Constitutum erat, ut eorum post mortem puella quædam, nomine Wenteiburch ad regendam Molebeccam ordinaretur, idque factum est.

Laus Superis, annos mutata lege ducentos
Bisque decem nostro iam stetit illa statu.
Stet, vigeatque diu felix, qui nititur illam
Destruere, æternum sit maledictus homo.
Divino ex zelo verum qui nititur illam
Construere, æternum sit benedictus homo.

Abbatissarum Molebeccensium secularium quinquaginta quatuor nomina, & numerus.

Prima Abbatissa Wenteiburch, Neptis Hildeburgis & Folcardi sacerdotis. Secunda Wichburg. Tertia Hadeswit. Quarta Abuch. Quinta Adelheidis. Sexta Ruhburch. Septima Wendesburg. Octava Simott. Nona Helmburch. Decima Gerburch. Undecima Frederyn. Duodecima Mechtild. Decima tertia Hedemot. Decima quarta Hildeburch. Decima quinta Reimott. Decima sexta Bia. Decima septima Bertheit. Decima octava Jutta. Decima nona Hunnir. Vicesima Odila. Vicesima prima Reinwiff. Vicesima secunda Gisla. Vicesima tertia Oda. Vicesima quarta Sywiff. Vicesima quinta Osterburch. Vicesima sexta Rigesa. Vicesima septima Hildeswitt. Vicesima octava Seburch. Vicesima nona Hadeswitt. Tricesima Wirenburch. Tricesima prima Berthild. Tricesima secunda Eyla. Tricesima tertia Berthwitt. Tricesima quarta Hildeburch. Tricesima quinta Siburch. Tricesima sexta Richburch. Tricesima septima Berthilt. Tricesima octava Eilburch. Tricesima nona Acca. Quadragesima Beatrix. Quadragesima prima Hildeburch. Quadragesima secunda Odila. Quadragesima tertia Alverat. Quadragesima quarta Mech-

Mechtildis de Schwalenberg. Quadragesima quinta Agnes de Sternberg. Quadragesima sexta Mechtildis. Quadragesima septima Catharina de Lippia. Quadragesima octava Elisabeth de Monte. Quadragesima nona Helwigis de Solms. Quinquagesima Lutgardis de Limborch. Quinquagesima prima Elisabeth de Schaumburch. Quinquagesima secunda Sophia de Braunschweich & Lunæburg. Quinquagesima tertia N. de Regenstein. Quinquagesima quarta & ultima Sophia de Grupenhagen, alias dicta Braunschweick.

Hæc ex antiquo descripsi nomina libro,
Creditur Historica qui gravis esse fide.
Sit, sit, ubi, exuvias Harum fert humida tellus;
Magni animas cœli summa sed Aula fovet.
Nulla sed illarum hic inventa sepulchra, resurgant,
Cum dederint magnæ murmura summæ tubæ.

Translatio Monasterii.

Hæ postquam dnfunctæ sunt, partim vero bonis cesserunt, & discesserunt, totum hoc Monasterium cum omnibus Privilegiis a statu Canonicarum secularium, in statum Canonicorum Regularium Diœcesis Mindensis, ordinis Beati Augustini Episcopi, & Doctoris sub Capitulo Windesheimensi, in honorem Divi Dionysii Episcopi, & Martyris, anno millesimo quadringentesimo primo, tempore quinquagesimi Episcopi Mindensis Dn. Alberti ab Hoia reformatum, mutatum, & aliis Privilegiis Pontificalibus, Episcopalibus, Imperialibus & Ducalibus, & donatum, & confirmatum est, quo sequentes antiqui versus, lapidi sub introitum Templi incisi, respiciunt:

Dionysius Ʃ Areopagita.

Septies duc decem C. quater milleque novem.
Prior tunc Fratrum Hermannus gloria Patrum
De Stralen natus lapidem demersit in imum
Gertrudisque die concludat prospero fine.

Mutato Patres his successere Priores
Ordine, quorum infra nomina scripta vides:
Saxa cavata super mihi monstravere sepulchris,
Illa, fidem plures fama facit, refert,
In Molebeccensi qui non sunt æde sepulti,
Scilicet Arnoldus, primus & ille Prior.
Post hunc Albertus Bromman regnasse secundus
Fertur, ab hoc reliquos ordine scribo Patres.
Ossa pie quorum Molebecca in viscera terræ
Condidit, hi surgant, surge, canente tuba.

Cessio Monasterii. Ubi singulari Dei providentia, & dispositione, Canonicæ seculares Diœcesin Molebeccensem, quam ab initio, videlicet ab anno octingentesimo nonagesimo sexto, usque ad annum millesimum quadringentesimum quadragesimum primum possederunt, relinquebant. Canonicis Regularibus ordinis Divi Augustini Episcopi tradebatur, qui illam annos ducentos & viginti occuparunt, & occupant, & catalogum omnium bonorum Emphyteuticorum, Clientelarium, & reliquorum bonorum receperunt, uti Fundatio, & Privilegia satis, superque demonstrant.

Nullius est Domini feudum Molebecca, sed hæc est
Imperialis habens libera res, & agros
Hanc quoque non pauci venerantur honore clientes,
Jura clientelæ cuius & aqua tenent.

Arnoldus ab Huls. Albertus Episcopus Mindensis Venerabili Patri Priori in Bodeken, Dn. Arnoldo ab Huls mandavit, ut Conventum in Molebecca convocaret, congregaret Patrem Priorem, Subpriorem, Procuratorem & reliquos officiarios constitueret & confirmaret.

Pri-

Primus itaque Pater Prior post reformationem ab ipso constitutus, confirmatus & Arnoldus nuncupatus est, cuius cognomen, & natio hic non sunt expressa. Quo anno, & die vitam cum morte commutarit, & ubinam locorum sepultus sit, ignoratur. Probe autem ex ipsius Chirographis, & aliis quam plurimis literis, nobis relictis, didicimus, ipsum Monasterio fidelissime præfuisse, multaque bona ad propagationem istius emisse, ut infra latius patet. *Arnoldus primus Pater.*

Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto Ludolphus Post Arnoldo Patri Priori, & toti Conventui Molebeccensi sylvulam dictam **Helmbertes Hagen**, cum omnibus suis pertinentiis, ad officium Thorn = Ampt spectantibus proprie vendidit. Decimæ in Edessen circa castrum Vornholdense per Concambium in manus laicas devolutæ sunt, pro quibus Arnoldus Pater Prior & Conventus Molebeccensis unum mansum in der Ottberger Marsch, & insulam dictam Drudeken Werder, & Decimas ex una curia in Stemmen dicta Posteshoff, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, die Mauritii & Sociorum ejus, receperunt. Receperunt quidem, sed proh dolor non diu retinuerunt. *Ludolphus* Post Helmbertes Hagen. *Permutatio decimarum in Edessen.*

In Pago Stemmen tres præcipui villici, manumissi Monasterio Molebeccensi, omnesque coloni ejus censiti sunt, ex quorum agris, & campis omnibus decimas colligendas quotannis curat. Freyleute.

Villa quædam, ad Molam Pagi Molebeccensis sita, per viam permutationis a Friderico de Wendt acquisita, & venerabili Patri Priori Arnoldo, ejusque conventui anno *Fridericus de* Wend.

millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto tradita est.

Molebecca. Molebecca nostra olim Pagus fuit Parrochialis, cuius Templum, Divo Nicolao sacrum, concessione Alberti Episcopi Mindensis demolitum est.

Huius pagi bona intra, & extra tractum & fines agrorum Molebeccensium sita, & maxima ex parte Ecclesiæ Molebeccensi, pago destructo, vendita, & donata sunt, ad hanc proprie pertinent.

Quædam etiam Canonici ibidem precio acquisierunt, ut literis sigillatis adhuc extantibus probatur.

Decimæ Molebeccensium. Decimæ Molebeccensium sunt, & fuerunt Molebeccenses, Tutenhausenses, Stemmenses, Edessenses, Superiores & Inferiores Holtzhausenses, Bruchovenses, Sutmerenses & Steinbruntorffienses in Parrochia Valtorph, Asentorphienses, & Herbrechtorphienses in Parrochia Ludenhusana Lasbruchsenses; in Parrochia Silicensi, Steinbergenses, & reliquæ pertinent ad Molebeccam. Quædam vero earum ob perfidiam Decimatorum, & Colonorum venditæ, quædam iniquitate, & belli tumultibus aliis pignori datæ, quædam a Monasterio prorsus abalienatæ, quædam ipsi de facto ereptæ sunt.

Rebus in externis FVIT *ô miserabile verbum est.*
Quid mihi cum TVVS *est nobile pondus habet.*
Maiores certum est nostros doluisse, dolemus.
Nos quoque, sufficiens causa doloris adest.

Bockswerder. Ludolphus Post insulam dictam Bocksswerder ad officium Thorn-Ampt pertinentem, Arnoldo Patri Priori, & Conventui Molebeccensi tribus marcis, anno millesimo quadringentesimo, quadragesimo quinto, die Simonis & Judæ Apostolorum, pignori quidem dedit, postea autem vendidit.

Ar-

Arnoldus Pater Prior, & Conventus Molebeccensis, ultra supra dictam summam, viginti Marcas Bilveldienses Ludolpho de Post anno millesimo quadringentesimo, quadragesimo sexto, in vigilia Epiphaniæ mutuo dederunt, pro quibus illis den Domhoff oppignoravit, non longe post vendidit.

Domhoff.

Ludolphus Post Arnoldo Patri Priori, & Conventui Molebeccensi Insulam dictam das Helmbertes-Werder ad officium Thorn-Ampt pertinentem, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, quadraginta Marcis Bilveldiensibus vendidit.

Helmbertes-Werder.

Pluribus officiis Molebeccæ quod bene fidus
Servierit Præses, credibile esse potest.
Ille diu merito debebat vivere, sancto
Prodesse, & summa laude praesse loco,
Sed satis est ipsum de corde fuisse fidelem,
Promovisse sacram servitiisque Domum.
Plus satis esse & eum Superis cum Civibus inter
Angelicos cœli regna tenere Choros.

Huic Arnoldo successit, secundus Pater Prior Albertus Bromman eius nominis Primus. De hoc præcipue nobis constat nihil, nisi quod secundus in ordine Priorum numeratur. Non dubium est, quin & ille officio suo fideliter satisfecerit. Sepulchrum ejus hic non reperitur.

Albertus Bromman secundus Pater.

Corpus humo positum est, sed Spiritus Astra revisit,
Hic ubi Tergemini conspicit ora Dei.

Multis ex argumentis, indiciis, literis & circumstantiis apparet, quosdam ex Prioribus & Collegis Molebeccensibus vel alio missos, vel aliis Monasteriis, & Collegiis Præfectos, in his defunctos; sepultura affe-

affectos, nihilominus tamen inter Professos Fratres & Presbyteros Molebeccenses defunctos relatos esse, quosdam etiam propter beneficia, ab ipsis in Monasterium collocata, honoris ergo in Catalogum defunctorum non secus ac si ibi sepulti sint, positos. Credibile quoque est non solum duos Patres Priores, verum etiam alios Collegas, a diversis Monasteriis postulatos, sed non revocatos esse.

Nomina Professorum Fratrum & Presbyterorum post Reformationem Monasterii Molebeccensis, ac Arnoldum, Albertum Bromman, Johannem Huxatiensem, & Hermannum de Stralen, Patres priores, usque ad tertium incendium Monasterii sub Antonio Bödekern Monasteriensi, defunctorum ordine hic subsequuntur.

Detmarus Luneman Procurator.
Arnoldus Osnaburgensis.
Johannes Borgentrick.
Gerhardus Levvardiensis.
Theodorus Isendorn.
Conradus Mersman.
Heinricus Nienhusen Procurator.
Heinricus Osnaburgensis.
Heinricus Daventriensis.
Burchardus Embrice Infirmarius.
Eberhardus Nottelen.
Martinus Venlo.
Johannes Rosincki Daventriensis.
Johannes Wesman.
Johannes Buckholdiensis Acolytus. ein zugelassener in Geistlichen Dingen.

} PRESBYTERI.

Casparus Pruth resignatus, sic intelligendo, quod hortum quendam Lemgoviæ Novam ante Portam versus

versus Orientem in primo vico juxta hortum Hermanni Tilhern situm, quem Johannes Pruth a Winando von dem Rode, quindecim florenis Rhenanis probatæ monetæ, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, coram Notariis & testibus pure resignaverit.

Horum usque ad obitum Antonii Bödekern sepulchra hic non inveniuntur.

Non dubitamus ii quin hic sint corpore humati,
Mente supra vivant lucida tecta Poli.

Alberto Bromman Patri Priori successit Tertius Pater Prior Johannes Huxariensis, eius nominis primus. Ille pie & placide anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, 13. Calend. Maji, cum octo annos bene regnasset, obiit, cuius Symbolum: *Tertius Pater.*

Peccavi, miserere mei, mea crimina dele
Vulnera per Nati quinque, Jehova, tui.

Symbola Patrum priorum delectationis gratia disticho inclusimus.

Johanni Huxariensi Patri priori successit quartus Pater Prior Hermannus de Stralen, eius nominis primus, qui anno millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto 12. Calend. Maji, e vivis ereptus est, cuius Symbolum: *Quartus Pater.*

Rex, miserere mei, Rerum Deus, ablue cordis
Crimen inexhausta pro bonitate mei.
Hic primum jecit lapidem fundaminis huius,
Egregium Templi cum strueretur opus.
Centum bis septem Templum hoc sublimibus annos
Turribus immensa stat bonitate Dei.
Ter denos rexit nostrum feliciter annos
Cœnobium, & Fratres dexteritate suos.

Vivit,

Nomina Professorum Fratrum, & Presbyterorum ab hac consecratione, usque ad obitum Patris Prioris Antonii Bödekern, defunctorum hæc sunt:

Johanes Brovverinck.
Johannes Bucholdiensis Procurator, cuius temporibus Collegium Molebeccense magna ex parte readificatum, & pristino statui restitutum est.
Illius hinc pietas, studium, labor, inclyta virtus
Lucescunt, ullo nec moritura die.
Johannes Osnaburgensis Senior.
Johannes Hamelensis Senior.
Johannes Schvvinhorst Monasteriensis.
Heinricus Daventriensis Abbas.
Gottfridus Daventriensis.
Lambertus Monasteriensis.
Hermannus Grolle Subprior.
Venerabilis Pater Arnoldus Daventriensis Subprior, dehinc primus præpositus in reformato Monasterio Jasenissensi.
Wittenborch in Ducatu Brunsvvicensi situm. — *Venerabilis Pater Stephanus Monasteriensis, Prior in Wittenborch.*
Theodorus Cosveldiensis.
Heinricus Osnaburgensis Subprior.
Lambertus Bercka Senior.
Johannnes Lemgoviensis custos.
Johannes Venlo.

(PRESBYTERI)

Hac monumenta Domo non inveniuntur eorum,
Non tamen hâc dubium est, quin tegat ossa solum.

Nam ubi nova in Templo, & transitu sepulchra effodiuntur, multa defunctorum ossa reperiuntur & reconduntur.

Anto-

Antonius Bödeker Pater Prior, anno millesimo quingentesimo vicesimo septimo, in profesto Barbaræ virginis, & Martyris obiit, cuius Symbolum:

Fac tua, fide Deo, suffer mala, fervidus ora,
Despice vana, mori disce, beatus eris.
Ob merita Antoni, Pater hoc solamen habebis,
Æternum nequeat, quod tua fama mori.
Namque erexisti monumenta sequentia vivent,
Quæ perdurabunt, dum vehet astra Polus.

Dispositio Antonii Bödekers.

Ne acta rerum gestarum oblivio ex hominum memoria tollat, dignum est ea scriptis commendare: Notum sit igitur omnibus, quod nos Antonius Prior totusque Conventus in Molebecca, quorundam Benefactorum, & Eleemosynariorum beneficia in memoriam revocaverimus, iudicaverimusque non esse rationi dissentaneum, Benefactorum, & Eleemosynariorum semper meminisse. Quare statuimus pro nobis, nostrisque posteris unanimi consensu, Benefactorum, & Eleemosynariorum nostrorum omni tempore memoriam facere, in primis nobilissimi Uffonis, & Hilburgis eius uxoris, Monasterii nostri Fundatorum, nec non Generosi & Nobilis Domini, Dn. Otthonis, Comitis Schaumburgensis, omniumque eius Posterorum, Dn. Ludolphi Bodingii, Pastoris in Schötmar, & Gesæ Korten, eius famulæ, Dn. Heinonis Krollen, decretorum Doctoris, Dn. Cunradi Repellern, Dn. Bernhardi Pastoris in Linthorst, Dn. Heinonis Bischovii Civis Lubecensis, Dn. Ruberti Ruringii & Adelheidis eius uxoris, civium Daventriensium, Dn. Hermanni de Rutenberg, Dn. Rixen & Gesæ uxoris eius, & Dn. Heinrici eorum filii, Dn. Ludolphi de Munchhausen eiusque uxoris, Dn. Ludolphi

dolphi de Iggenhausen, Dn. Hermanni Bödekern, & Margretæ eius uxoris, & aliorum plurimorum Benefactorum, & Eleemosynariorum nostrorum, Si eorum memoriam nobis continuo facientibus Deu viventibus pacem, & a malis liberationem, & bea tis animabus lætam in novissimo die ad vitam æter nam resurrectionem, propter Jesu Christi meritum clementissime ex mera gratia donet. Hinc clarissim Dn. Antoni

Mente Deo cæli bene vivis in æthere, corpus
Terra tuum gelido claudit avara sinu.

De Benefactoribus, & Eleemosynariis nostris hodie proh dolor, gloriari non possumus. Nullibi nobi sunt.

Sextus Pater. Huic Antonio Bödekern, qui annos qua draginta octo optime regnavit, successi sextus Pater prior Hermannus Dorre Da ventriensis, eius nominis secundus.

Nomina Professorum Fratrum, & Presbyterorum post discessum ex hoc mundo Antonii Bödekers, us que ad obitum Hermanni Dorren Daventriensis, de functorum hic sequuntur:

Bartholdus Werne Senior.
Balthasar à Dorsten. } PRESBYTERI.
Johannes Lengerinck.

Horum hic sequentium ossa ordine in transitu se pulta inveniuntur; quorum & Epitaphia parietibu affixa sunt.

Wolterus Daventriensis obiit Anno 1530, ipso die Luciæ virginis.

Hermannus Herten Apiarius, Anno 1530, die Benedicti Abbatis, obiit.

Gerhar

Gerhardus Monasteriensis Custos, Anno 1535, die post annuntiationem Mariæ, qui volens letho cessit.
Wernerus Delden Iubilarius 1536, feriis quintis ante Ambrosii diem.
Nicolaus Rees, Senior, nec non Egregius scriptor 1536, feriis tertiis ante Cœnam Dominicum.
Iacobus Dorsten 1538, nocte post Cosmæ festum.
Gerhardus Ercklens 1537.
Heinricus Monasteriensis Vestiarius 1538.
Pater Arnoldus Daventriensis Prior in Nazareth.
Hermannus Blotthudt Cosveldiensis.

} PRESBYTERI.

Hermannus Blothudt Cosveldiensis.

Operosus communis boni propagator. Hic propriis impensis non solum refectorium nostrum, artificiosis sacrarum rerum picturis, & reliquis multis utensilibus egregie exornandum, verum etiam in templo Altare in honorem omnium Sanctorum construendum, & artificiose depingendum curavit; Ad hæc tabellam de extremo judicio in choro donavit. E regione Altaris à se constructi, & depicti sepultus est, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto die post Innocentûm.

Hac celeri transis pede qui monumenta, viator,
Dic, iaceant huius molliter ossa viri.

Iohannes Gröning Iubilarius anno 1550. die ipso quadragesimæ obiit.

Iohannes Monasteriensis Vestiarius, Iubilarius anno 1551. octava post Cosmæ diem.

Hermannus Dorre anno millesimo quingentesimo Dominica ante Mariæ Magdalenæ diem, cum viginginti tres annos regnasset.

Æterna expetiit migrare ad gaudia vitæ,
Vivifica Christi morte parata piis.

EIVS SYMBOLVM.

Oratio Dominica.

Sancte Pater, celebra, rege, contere, pasce, remitte,
Suscipe, diversis eripe nosque malis.

Septimus Pater. Hermanno Dorren Patri Priori successit septimus Pater Prior Iohannes Dorre Daventriensis, eius nominis secundus.

Nomina Professorum Fratrum, & Presbyterorum post Hermannum Dorren, usque ad obitum Iohannis Dorren, defunctorum hæc sunt:

Iohannes Recklinckhausensis, in magna apud Comites Schaumburgenses gratia existens, anno 1552. die Matthiæ obiit.

Hermannus Cosveldiensis 1553.

Johannes Dorre Pater Prior.

Cœnobium paucos, verum bene rexit ad annos,
Sat bene qui rexit, rexit & ille diu.
Rinthla improvisa, subita, placidaque peremptus
Morte pie, & superas iussus adire Domos.

Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, sextis post Matthiæ feriis, cum septem annos regnasset.

EIVS SYMBOLVM.

Iugiter, extrema præsertim mortis in hora,
Iesu Christe, Dei nate memento mei.

Octavus Pater. Iohanni Dorren Patri Priori successit octavus Pater Prior Iohannes Brauns Cosveldiensis, eius nominis tertius.

Nomina

Nomina Professorum Fratrum, & Presbyterorum à Iohanne Dorren usque ad obitum Iohannis Brauns defunctorum hæc sunt:

Bernhardus Monasteriensis, Cantor & fidelis communis boni propagator, obiit anno 1557. die Brictii.	PRESBYTERI.
Henricus Monasteriensis Infirmarius, anno millesimo quingentesimo 58. die Marci Papæ.	
Iohannes Lohn 1558. die Urbani.	
Iohannes de Wreden anno 1559.	
Heinricus Katenhorst, Procurator & Organista 1562.	
Iohannes Hervordiensis Subprior 1563.	
Iohannes Stige Monasteriensis, præfectus aulæ Monasteriensis, anno 1562. die Lini Papæ.	
Iohannes Brauns Pater Prior.	

Quindecies centum Christus produxerat annos,
E casta quando virgine natus homo est.
His decades bis tres, ternosque adiunxeris annos,
Augusti & cœlo sexta erat orta dies.
Condita est sacris Hervordia in adib. urbis,
Hic rotat altus ubi flumine Werna molas.
Scandit Olympiacas exuto corpore sedes,
Elysium felix qua movet aura Nemus.

SYMBOLUM EIUS.

De Patre Nate Potens Deus, ac homo Christe Maria Virgine Matre, carens labe, memento mei.

Regnavit sex annos.

Iohanni Brauns Patri Priori successit Nonus Pater Prior Hermannus Weningius Gescherensis, eius nominis tertius. *Nonus Pater.*

Nomina Professorum Fratrum, & Presbyterorum à Iohanne Brauns usque ad obitum Hermanni Weningii defunctorum hæc sunt:

Heinricus Kise Senior, anno 1564.
Iohannes Lunen Custos, ac Magister Novitiorum anno 1565. feriis secundis post iudica. } PRESBYTERI.

Arnoldus Procurator. Arnoldus Ostendorph Zutphaniensis, Procurator, in Mola Pagi Exteren à Molitore securi à tergo 26. Iunii nefarie vulneratus, obiit anno 1566. Molitor autem aufugiens in Comitatu Ravensbergiaco comprehensus, præsente Heinrico Laertio, tunc temporis Subpriore, turpissima morte mulctatus, & rotæ impositus est. Hic *Horreum Lasbruchsense.* Procurator horreum in Pago Lasbruch anno 1561. construendum curavit.

Petrus Zittardi anno 1566.
Albertus Holtman anno 1569. ipso die Viti & Modesti. } PRESBYTERI.

Hermannus Weningius anno millesimo quingentesimo octuagesimo, die decimo Octobris in Rinthlen defunctus, Molebeccam autem deportatus ibidemque sepultus est, cuius Symbolum:

DOMINVS MIHI ADIVTOR.

Non remorante mihi Dextra succurre iacenti
Vive Deus, qui fers auxiliator opem.

Descriptio huius Personæ.

Mente vir, & factis gnarus, sermone modestus,
Consiliis prudens, ore disertus erat.
Consilium ipsius Comes Ottho proinde requirit
Reb. in arcanis, quando secundus erat.
Consiliatores post hæc in rebus agendis
Divino instinctu deligit Ottho Comes.

Tradi-

Tradidit his moriens pulchri moderamina regni
  Dum regat imperio Filius ista suo.
Inter eos Primus fuit hic Reverendus (honori
  Quod Molebeccca tibi est) non sine laude Prior,
Utile Consilium cordis penetralib. imis
  Facundo multis providus ore dedit.
Hunc licet invitum delatos sumere fasces
  Conspicerent, instant cum ratione tamen.
Ardua consequitur fugientem gloria, semper
  Captantem linquit protinus omnis honor.
Hoc Generose tibi Comes unde, quod expetis Ottho
  Consilium Monachi? Poscis & eius opem?
Iam sit despectus Monachatus ut omnibus; orbis
  Oderit ac Monachos impius iste pios.
Ordine si ex sacro Monachum qui conspicit Erro,
  Blasphemio tales fundit ab ore sonos:
Eia præduris tibi demulcebimus istud
  Distortum saxis, Frater inepte, caput.
Teque tuumque Gregem, faveat modo Iuppiter ultro
  Fortiter in stygias dijiciemus aquas.
Tu quia multorum caput exitiale malorum es,
  In mundo, mundi perniciosa lues.
Dicitur inventum Sathanæ, Bombarda, nec abs re
  Tartareæ Monachi, nam polière manus.
Quid iacis in Monachos turpis convitia linguæ?
  Quid ruis in sanctos, impia turba, viros?
Desine sacrilegas temeraria fundere voces,
  Desine, pro sanctis stat Deus ipse viris.
Qui tribuunt ipsi veræ pietatis honores,
  Semper & in Templo cantica pura canunt,
Ac in Musæis redeunt vigilanter ad artes,
  Nullum & inutiliter tempus abire sinunt.

Iniuriosa impiorum in pios Monachos invectio.

Sæpe graves docta Monachos tegit arte cucullus,
Contentos humili ſimplicitate viros.
Auguſti ſubeunt clauſtri ſacra culmina docti
Sæpe viri, ingenio qui ſapiente vigent.
Pulchra viros ornant multos velamina, Primo
Flore iuventutis qui didicere nihil.
Sæpe etiam vili incedit veſtitus amictu,
Qui meruit Docti nomen habere viri.
Tantum habitus decorant fragiles extrinſecus artus,
Diſcerpi poſſunt qui leviore manu.
Expolit at cordis thalamos intrinſecus imos
Doctrina, externis anteferenda bonis.
Veſte probandus homo non eſt, nec vituperandus,
Per mores recte noſcitur ille ſuos.
Dona per eloquii data cælitus; & per acumen
Ingenii, excultum eſt arte quod artis amans.
Sic nihil externos habitus Comes Ottho moratur,
Virtutum interni dum modo veſte micent.
Huius materiæ præſtans Weningius anſam
Præbuit, integra vir gravitate, mihi.
Fas erat annoſa ſuperare ætate ſenectam,
Dum potuit longum vivere, morte cadit.
Invida præcipiti labuntur tempora curſu, *Deſcriptio*
Nec brevis hæc unquam vita labore vacat. *vitæ.*
Nec Pietas afferre moram, ſpectata ſenectus
Funeſtam poterit nec cohibere necem.
Scilicet inſignes Fatum ſortitur, & imos,
Omne capax Nomen protinus urna movet.
Tu ſis nominib. quamvis Generoſus avitis,
Et morum exſuperes nobilitate genus;
En te deſtituent fugientis ſecula vitæ,
Ante tuum rapiet mors inopina diem.
Si ſapis, hæc trini tibi ſit confeſſio cordis,
Iugiter & fundas mentis ad aſtra preces,

Nomine

Nomine peccati patior, ſons plurima & inſons,
Sons, inſons Chriſti nomine diſce pati.
Paſſio iuſta dolens, iniuſta eſt actio, purgant
Hæc animam interius, corpus & exterius.
O ſi purgarer ſub cœlo, ut poſt mea cœlum
Funera purgatus ſcandere labe queam.
Sufficit, occubuit Rinthlæ Weningius, alta
Gaudet & alloquio iam ſuper aſtra Dei.

Regnavit ſeptendecim annos.

Quod inſignem hunc virum de Eccleſia, & Scholis optime meritum ita commendem, ratio hæc eſt, quod inter omnes Patres Priores primus Scholam in Collegio Molebeccenſi fundaverit conſtitueritque, & ſubſequentes viros Ludimagiſtros vocaverit, nimirum

Status Eccleſiaſticus, Politicus, oeconomicus.

Dn. Iacobum Catonem eumque omnium primum.
Dn. Iohannem Ruen.
M. Heinricum Poſtelium.
M. Iohannem Lychium.
M. Hermannum Vaſtelabum.
Dn. Cunradum Culravium.
D. Iohannem Bergmannum.

Eſt Schola planta Dei, legit hac Eccleſia flores,
Hinc Decus eſt Urbis læta propago Domus.

Decimus Pater.

Dn. Hermanno Weningio, Patri Priori ſucceſſit Decimus Pater Prior Iodocus Stukenius Recklinckhuſenſis, eius nominis primus.

Nomina Profeſſorum Fratrum, & Presbyterorum poſt Hermannum Weningium uſque ad obitum Iodoci Stukenii defunctorum hæc ſunt:

Bernhardus von der Beck, Procurator, Peſte interiit anno 1582. die 28. Maii.

Iohannes Clövetus Recklinckhausensis Novitius anno 1584. die 29. Aprilis.

Theodorus Wedemhoff Cosveldiensis Procurator anno 1587. die 22. Maii Altenhagii in territorio Hallerspringensi humatus.

Ludolphus Coccæus Saltzcatensis Procurator, in itinere Lemgoviano, domum reversurus, lapso curru misere periit, in Pagum Luerdissen, ex illo Molebeccam deportatus, ibidemque sepultus est, anno 1588. die 3. Augusti.

Heinricus Bekemannus Rinthlensis, Bilfeldiæ defunctus, & sepultus est.

Heinricus Laertius olim Subprior, deinde Procurator, rursum Subprior, denique Senior, anno 1593. die 12. Decembris in Christo obdormivit.

Horum & sequentium Epitaphia parieti in transitu affixa Conradus Hoierus Subprior P. L. C. fecit.

Iodocus Stukenius anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, die 8. Iulii defunctus est, cuius symbolum, Deus meus adiuva me, wenig Wort viel Glaubens.

Sancte, iuves anima Deus, & me corpore, multam
Des foveant cordis verba pusilla fidem.

DESCRIPTIO PERSONÆ.

Vir gravis ille fuit, Musarum Fautor, & Altor
Afflictis morbo contulit alter opem.
Præbuit, (ex animo, quod scribo, sentio) pressis
Pauperie larga, larga alimenta manu.
Sive quis exigeret lætis successibus ævum,
Nec mala sors largas attenuaret opes.
Seu quis fortunæ telis confixus iniquis,
Pectore conciperet nil nisi triste suo,
Fidus utrique aderat, quantum poscebat honestas,
Officii nunquam non memor ipse sui.

Ange-

Angelicos inter cætus iam pace quiescit,
Continuanda bona gaudia mentis agens.

Vir ille gravis fundatam ab Hermanno Weningio Scholam non minus quam ille in maximo precio habuit vocavitque

Dn. Martinum Höpingium.
M. Ahaſwerum Regium.
M. Iohannem Dornemannum.
Dn. Iohannem Haſphordium.
Dn. Dionyſium Veltcamp.
Dn. Godtſchalcum Tidemannum.
Dn. Bartoldum Tebelium.
D. Heinricum Calmaierum, Hemeringenſem.

EPITAPHIVM EIVSDEM.

Iuſtus in hac iuſta dormit Stukenius æde,
Qui Patriæ iuſtum lumen, honosque fuit.
Floruit & iuſto pietatis munere, iuſtis
Moribus & iuſta præditus arte fuit.
Iuſta adiit iuſtæ Molebeccæ culmina, iuſtis
Iuſta dedit ſtudiis tempora, iuſta colens.
Bis tres iuſte annos ſummis ſervivit, & imis,
Bisque die appoſuit Fratrib. ipſe cibos. *Refectorarius.*
Præfuit officio iuſti tria luſtra ſacriſtæ,
Verba docens iuſti non ſine laude Dei. *Custos.*
Iuſta dedit rudib. morum præcepta Magiſter, *Magiſter novitiorum.*
Quos docuit, iuſtis iuſſit & ire viis.
Hinc Prior electus, bis & octo iuſtus ad annos *Pater Prior.*
Conſiliis noſtram rexit, & arte Domum.
Suſcepit iuſto commiſſa negotia zelo
Coenobii, iuſta fecit & ille fide.
Pro ratione fuit iuſtis manſuetus, & illis
Favit, & iniuſtis pro ratione ferus.

Iuſta

Iusta dedit iustis miseris alimenta, solutis
Viribus & iustam contulit alter opem.
Dignus erat iustos vitæ qui viveret annos,
Iusta sed haud iusti fata tulere Dei.
Conficeretur ubi morbis, sentiret & æger
Extremum iustæ mortis adesse diem.
Iniusta iniusti despexit gaudia mundi,
Sed iusti appetiit iusta subinde Poli.
Iusta animæ Cæna Domini bis & usus ad usum,
Nisus & est, iusto fisus & ille Deo.
Vixit uti iustus pietate, ita iustus eadem
Mortuus, & vitam iustus in axe trahit.
Iusta capit iustæ cum Christo gaudia lucis,
Iusta videt iusti iustus & ora Dei.
Munere, Christe, tuo quo vivimus, effice iustos
Nos ita posse tibi vivere, posse mori.
Iusta iusta fide scandamus ut astra, relictis
Sordibus & iustas possideamus opes.
Regnavit quindecim annos.

Vndecimus Pater. Iodoco Stukenio Patri Priori successit undecimus Pater Prior, Hermannus Wedemhoff Cosveldiensis, eius nominis quartus.

Nomina Professorum Fratrum, & Presbyterorum ab Hermanno Wedemhoff usque ad obitum Heinrici Calmeieri, defunctorum hæc sunt:

Iohannes Teilerus Rinthelensis Procurator, Hannovera Domum reversus Epiplexia occidit, anno 1592. die 4. Maii.

Iodocus Schulte Stadthagensis hydropisi submersus, 1597. die 29. Aprilis.

Iohannes Vincke Monasteriensis Subsenior anno 1601. die 10. Julii.

Cunra-

Cunradus Segerdessen Rinthelensis Custos, 1602. die 6. Junii. Iohannes Hasphordius Rinthelensis Subprior anno 1603. die 24. Februarii, cui successit Cunradus Hoierus P. L. C.

Casparus Modersohn Monasteriensis Senior, Infirmarius 1604. die 22. Novemb.

Heinricus Leo Rinthelensis Procurator, Pthisi succubuit, anno 1606. die 28. Maii.

Engelbertus Sellige Lemgoviensis, Phtisi peremptus anno 1607. die 11. Iulii.

Iohannes Westeroth Cosveldiensis Cantor & Senior 1613. die 1. Augusti.

Bernhardus Wolffers Cosveldianus Cellarius 1615. die 2. Iunii.

De gradibus cecidit Molebecca ac fregit ibidem
Crus, pedibus nequiit stare nec ire suis.
Vectus ad artifices Hameloam, debilis ossa
Corporis ut medica fracta levaret ope.
Ast inopinato vitam exspiravit in auras,
Fracta potens eius membra Hameloa tenet.

Casus Bernhardi Wolffers.

Dn. Hermannus Wedemhoff anno millesimo sexcentesimo decimo septimo die 30. Novembris in Comino obdormivit, cuius Symbolum: Gnad mir mein GOtt.

Peccavi illicitis te contra enormiter ausis,
Cunctipotens rerum Rex, miserere mei.

Regnavit viginti duos annos.

Descriptio Personæ.

Vir Prob. ille fuit, nulli pietate secundus.
Cælesti Aoniæ Nectare potus aquæ.
Nec mihi vera loqui pudor est, vix iustius illo
Hoc nostro quicquam tempore terra tulit.
Vix & eo vixit quicquam patientius orbe,
Rarum contingens quod tamen esse solet, Partu-

Descriptio Patientiæ.

Parturiunt varias Horti cum florib. herbas,
Naribus est quarum suavis, & aptus odor,
Gratus & est oculis color, his medicina paratur,
Languores Medici qua relevare student.
Sed raris victrix Patientia crescit in hortis,
Cum tamen hac melior nulla vel herba siet.
Nec cadat hyberno reliquis arentib. herbis,
Frigore, marcescat nec violata nive.
Floreat immensis sed rebus, & ardua tanquam
Impositum contra Palma repugnet onus.
Quod magis est & quod maius placet unica Christo,
Instar ovis patiens qui mala cuncta tulit.
Passus & est insons mortis tormenta, vicissim
Morte redemta sua vult sua membra pati.
Si sapis, hanc vitæ virtutem imitare relictis
Sordibus, in Christo plurima disce pati.
Non peritura tui crescat pete cordis in horto,
Cordis ut illa viri crevit in huius agro.
Namque pati didicit varios patiente dolores
Corde, domi infractus multa pericla foris
Sicut abit victrix tandem patientia, victor
Sic abiit patiens vir bonus ille mali.
Fratribus exemplum præluxit amabile morum,
Dum coluit pura mente, fideque Deum.
Cura extirparet vigil ut segmenta sagaci,
Segmenta innocuis exitiosa viris.
Non solum docuit sacrata ante omnia Christi,
Verum etiam Musis ocia grata dedit.

Præceptores.

Præfecit Cathedræ, qui prima elementa docerent
Linguarum, ac vitæ qui documenta darent,
Quo veneranda suos pietas extendere fines
Posset, & æternæ scandere laudis iter.

Ac ſtudiis tandem Fratres melioribus aucti,
Ipſe etiam aſſereret dogma ſalubre Dei.
Hinc carus Chriſto nec non Primoribus ipſis,
Excelſo ingenio præmia digna tulit,
Illius intumuit ſuffuſa venter ab unda,
Qua ſubmerſus iit iuſtus ad aſtra fide.
Teſtato nobis legavit mille thaleros,
Queis aliena bonis æra ſoluta viris.
Heu mihi turgeſcunt roranti lumina fletu,
Ungue ſeco madidas ſæpe rigente genas,
Quando ſubit tanti mentem candoris imago,
Quam mihi fatales præripuere Deæ.
Huius ab alloquiis anima hæc mea ſæpe revixit,
Acris ut infuſa lampade flamma ſolet.
Proſpera dum vultû ridet Fortuna ſereno,
Quilibet officiis proximus eſſe ſtudet.
At ſimul intonuit, retro veſtigia vertunt.
Qui modo amicitiæ grande fuere decus.
Iam nova, ſed ſtygio res a patre dulcia mellis
Verba loqui, Græca fellis amara fide.
Os ubi mellito ſermone profatur, aveto,
Felleus eſt animus, corque caveto putat.
Me circum circa ſpectem licet, attamen, eheu,
Non video fidei quis ſit amicus amans.
Sic agitur, moris ſic eſt hoc tempore, mundi
Poſſit ut inſtructos nemo cavere dolos.
Fide, vide ſed cui fidas, avis undique rara eſt
Fida fides, fidis vix adhibenda fides.
Sic nemo conſtans hodie, neque fidus amicus
Corde, licet poſſit ſuaviter ore loqui.
Eſſe putatur ubi fidei conſtantia, primas
Vis ibi perfidiæ, cæcus & aſtus habent.
Oſcula nunc Iudæ renovantur, blanda labellis
Verba ſonant, reſidet corde doloſa fides.

Sua-

Suaviter arride mihi, me mala prode, maligno
 Moris id hoc fallax tempore mundus alit.
Hic mos est mundi, bona tu mihi plurima præsta,
 Clamque palamque tibi plurima præsto mala.
Erige me terris, ego te prosterno, nec erro,
 Me cole, dico probris aspera verba tibi.
Quisquis es, ergo videns animoso pectore fide,
 Ante, retroque vide ne capiare fide:
Utere amicitia cunctorum, sed bene cunctis
 Suadeo ne fidas, languida namque fides,
Certus in incerta re sors ubi sævit, amicus
 Cernitur, alterius compatiturque malis.
Prævalidi Pontes tres esse probantur amici
 Sortis in adverso Turbine, Morte, Retro.
Vix erit e multis tibi millibus unus, amicum
 Quem iuvet esse, nisi sentiat inde lucrum.
Invenies miseris fidum ceu rebus amicum,
 Qui citius dicto trux inimicus erit.
Si modo quid sciret vel dira homicidia de te,
 Te, mihi crede, statim perderet, ergo cave.
Una sub angustis semuncia rebus amicos
 Viginti numero quinque minore capit.
Iam sed ad extremum cum venerit acta periclum
 Res, quinquaginta dragma vel una capit.
Non fuit hic talis, cuius modo funera plango,
 Fidus amicitiæ cultor ubique fuit.

Vir ille probus optime de scholis sensit, eam pro viribus promovit & vocavit:

Dn. Bernhardum Schwartzen.

Dn. Antonium Backhausium,

Dn. Arnoldum Blessæum.

Dn. Casparum Horstium, cuius uxori, & liberis alimenta præbuit.

Dn.

Dn. Cunradum Rentorphium, quo Hagam ad Conrectoratum vocato Dn. Laurentius Westhoff, per integrum annum Scholam administravit.

Dn. Hermanno Wedemhoffio, Patri Priori successit duodecimus Pater Prior Heinricus Calmaierus Rinthelensis, eius nominis primus. *Duodecimus Pater.*

Nomina Professorum Fratrum, ac Presbyterorum post Heinricum Calmaierum usque ad Rudolphum Trachterum, defunctorum hæc sunt:

Iodocus Weber, Rinthelensis, Bassista aulicus, Bukeburgi defunctus, Molebeccam autem deportatus, ibidemque sepultus est anno 1620. die 21. Aprilis.

Ludolphus Sotenius Lemgoviensis, anno 1620. die 15. Novembris.

Noveris heus nævos, non oderis omnis amici, *Intelligenti*
Pallio amicitiæ sponte sed hosce tegas. *pauca.*

Heinricus Calmaierus anno millesimo sexcentesimo vicesimo secundo die 7. Octobris obiit, cuius Symbolum, Hilff GOtt zu Ehren und Seligkeit.

Da sit honesta Deus mihi, dum traho luminis auras,
Fama, beata meum post obitumque salus.

Descriptio Personæ.

Cor fuit illius divinum Musica donum,
Grata movens homini gaudia, grata Deo,
Sic suaves Triadi, Musis & Apolline dignos *Componista.*
Multiplicis cantus fecit ab arte modos.
Quanquam nemo potest sine nævis vivere, nævos
Ah habuit, donec vixit, & ille suos,
Diluit effuso quos sanguine Christus, obiret
Quam prius exantlans tormina longa prece.
Othbergense tamen Templum reparavit, in illo
Lucida curavit verba docenda Dei.

Diem videlicet Mercurii & Veneris. In nostro fecit capitali nobile Templo
Suggestum, binos constituitque dies.
Teutonice Psalmi quibus, & Lythania per omnes
Bis dia Hebdomadas cum prece in æde sonant.
Disposuit vicibus per singula festa duabus
Proponi populo mystica sacra Dei.
Idque vigore suo durat, durabit & omne
Tempus, honos ipsi maximus unde venit.
Cœnobio invalidus vix quinos præfuit annos
Mox tristi imposuit languida membra toro
Ah quanta est rigidi, quanta est violentia fati!
Quam subito casu quæ valuere, ruunt!
Hæc vita haud vita est, sed tempestatibus atris
Persimilis morbos & mala multa creat.
Flos bene olens hodie, cras est homo putre cadaver,
Vivere cum possit, funeris hora venit.
Languore abreptus terris excessit aquoso,
Christo animam tradens per pia vota suam.
Nunc sedet Angelicos inter super astra Ministros,
Cantat & æterno carmina grata Deo.

Regnavit quinque annos.

Hic ut Musicæ, sic & Scholarum amans fuit & vocavit M. Hermannum Hemmerum, qui quidem certis de causis dimissus, legitime tamen revocatus est, Revocationi autem huic parere non poterat, quia aliam humeris suis provinciam imponi passus fuerat, ideoque de alio Ludimoderatore cogitandum fuit.

Decimus tertius Pater. Heinrico Calmaiero Patri Priori successit decimus tertius Pater Prior Rudolphus Trachterus Cosveldiensis, eius nominis primus.

CVIUS SYMBOLA.

1. Mortalis, memento, mori.

Mors

Mors tibi, Mortalis, certa est, incerta sed hora,
Dum tibi vita, frequens ergo memento mori.
2. Respice Tuos Christe.
Respice Tranquillo Clemens mitissime vultu
Rex Tibi Christe gravi membra dicata fide.
3. GOtt sey mir gnädig.
Pro bonitate, Deus, mea respice vota remissis
Gratuito erratis, & miserere mei.
4. Rempublicam Tuetur Christus.
Omnis in orbe gravi Christo Respublica cura est,
Ne cadat & quavis sorte tuetur eam.
Sæviit hoc nondum bellum, implacabile bellum
Tempore, adest citius spe clypeata cohors,
Obsidione gravi miseras fera territat urbes,
Pagatim cunctas cingit & atra plagas.
Quando Rudolphus obit Trachterus honora Prioris *An. 1622. 15. Dec.*
Munia, defuncti sede vacante Patris.
Calmaierus enim placido sua lumina letho
Solvens, attonito corpore fata subit
Ac illi fasces iterum permittit habendos,
Conspicuo ante alios integritate viro.
Agnoscunt omnes animi dona, optima dona,
Et placidos motus quilibet ordo probat:
Conciliumque vocant Fratres de more frequentes,
Ut magna Patrem sedulitate creent,
Qui partes obeat Patris, qui lancibus æquis
Omnia decernat, Cœnobiumque regat.
Ergo illum poscunt magnis consensibus, acris
Defuncti servet nunc statione vices:
Nec vero Fratrum præsagia vana fuerunt,
Dum pariter spondent commoda multa sibi.
Ille quod Antistes leges, & iura capessat,

Candida qui placidæ vincula pacis amet.
Nec temere iratæ minitetur iurgia frontis,
Diſcutiens acri ſingula iudicio.
Nec vafer ingenui ſit diſſimulator amoris,
Unica ſed puris ara reperta viris.
Iuſt Hermannus, amans noſtri Collegii, amico
Comprobat aſſenſu, fiat ut ille Pater.
Quam gravia extiterint eius moderamina rerum,
Principio, cuivis perſpicuum eſſe poteſt:
Dira novenarum ſtudiis inimica Sororum
Bella fere cunctis nam caluere locis.
Noſtro & Cœnobio quam plurima damna crearunt,
Oppreſſum miſere quod ſatis ante fuit.
Quarto Rinthla ſtatim paucis Februarii ab armis
Capta DIe eXperta eſt, noXIa fata geMIt.
Cœnobio præſit tot proſit & integer annos,
Vult quod Iova, mali vertat & omne malum.
Omnia ſalva ſient hoc Patre regente Priore,
Inque ſuo maneant priſtina iura ſtatu.
Nec minuantur in his, quas iure tenemus, opimo
Fœnore ſed varie multiplicentur opes.
Quas minuere, Canes, Fortuna, Gravamina, Bellum,
Fulgura, Tempeſtas, Flumina, Grando, Fames.

Licet ipſo offlcio Prioratus iam Præfecto multi Exercitus conſcripti fuerint, bellaque omnia quaſi flamma uſſerint, & conſumpſerint, urant & conſumant, noſtrum quoque collegium innumera fere damna fecerit ac faciat, Scholam tamen nullo modo abrogavit, ſed poſt diſceſſum M. Hermanni Hemmeri vocavit M. Cunradum Ioachimum Drepperum, quo Hameloam ad munus Eccleſiaſticum publice docendi legitime vocato, Scholæ adminiſtrationem tantiſper D. Laurentio Weſthovio commiſit, donec belli turbine aliquo modo ſedato, alium æque

æque idoneum Præceptorem vocaverit. Vocavit autem Hermannum Schnurpfeilium, qui legitime Rintheli initiatus & ad munus docendi publicum in Fulen vocatus est, cui Martinus Grawerus successit. Omnes & singulæ Scholæ Molebeccensis Rectores a Monasterio ad functiones Ecclesiasticsa, Scholasticas, Politicas & œconomicas non sine magno honore promoti sunt, & Divini Numinis aspirante gratia porro promovebuntur, quibus etiam promotis mox alii ipsorum in locum surrogantur.

Summus ab interitu servet modo Rector Olympi
Cœnobium, ô servet donec hic orbis erit.
Collegarum huius Collegii honora legantur
Nomina, Tracterus dignus honore Prior.
Subprior Hoierus, Senior Westhovius, almi
Mysta Dei, Custos, Historicusque sagax.
Procurator amans recti Morderius æqua
Cœnobii satagit res cumulare fide.
Sancti Evangelii Petrus Ernestique Bolaus,
Nec non Veltmannus cœlica verba docent.
Tribbaus Divi, Stertfedder, itemque Grinerus
Dia student Pauli pandere scripta fide.
Per que vices anno populo mysta ordine tradunt
Verba Catechismi, fontibus hausta sacris.
Dexteritate studet Musarum vertere chartas
Humectans Clariis labra Bratenus aquis.
Engelbertus avet Schnukerus in artibus esse
Totus & Aonii carpere Montis opes.

DN. RVDOLPHO TRACHTERO,
Patri Priori S.

Dicitur hinc fatum, quia veraci omnia fiant,
Quæ Deus eloquio fatur, & esse iubet.

Molebecca. Fatus is eſt, ædis fieres ut Præſes, amœni
Nempe Molam Rivi qua riget unda fluens.
Tu fato inſiſtes, & rem moderabere fato
Haud dubie, cui non eſt tua nota fides?
Hic tibi partus honos virtutis, & artis amore,
Sit felix: longo tempore proſper agas.
Me ſyncerus ames, ut me ſyncerus amaſti,
Syncerus fida te redamabo fide,
Namque tibi cupio, ſi quis cupit, optime & huius
Synceri conſtans pignus amoris habe.
HIs VIVas Longos sIne peſte ſaLVbrIter annos
Dante Deo, peragens qVæ peragenDa tibI.

LECTORI.

Magnos magna decent, parvos ſed parva, iuventus
Exilis gaudet ſimplicitate ſtyli.
Ergo meis illi, non ſumme ſervio doctis
Verſibus, hos dextre, Lector amice, legas.
Deinde patrocinio Momi tueare caninos
Adverſum morſus, meque meumque librum.
Qui docet a quibus, & quibus huius origo ſub annis
Cœnobii cepit, quanta tulitque mala.
Bellum, Peſtis, Fames. *Fert patienter adhuc, videt ante retroque pericla*
Savaferi Martis, Mortis & arma timens.
Sentit adeſſe famem cum ſit ſine cenſibus, ullos
Nec capiat reditus Meſſis ut ante ſuos.
Unde poteſtati nequeunt ſtipendia ſumma
Aera nec uſuris reddi aliena ſuis.
Plus hodie duris qua creditor exigit auſis
Ante hanc quam ſolitus: Nos miſerare Deus.
Gratuito nobis benedic, poſſimus ut eſſe
Solvendo, & placida vivere pace tibi.

Bello

Bello, Peste, Fame nos pro bonitate solutos
Fac colere æterno Nomen honore tuum.
Nunc, syncere, vide, Lector, quid versibus a me
Sic concinnatum sub brevitate, Vale.

Fundationem Monasterii Molebeccensis oblectationis gratia hic Carmine succincte describere nobis placuit. Si cui Lectorum prosa magis arridet, illam legat; si vero ligata ipsi probata fuerit, & hanc legat.

Utraque Lectori sit grata, probata, & amata,
Mentis iners tumidæ fastus & astus abest.

Brevis eaque vera, & absoluta
DE FVNDATIONE
COLLEGII MOLLEBECCENSIS
Historica relatio, multiplicisque eiusdem
iacturæ narratio.

Christe fave ceptis, dextram rege, suffice vires,
Te veniente die, te fugiente canam.
De Molebecciaci conabor origine iussus
Cœnobii vera scribere, vera manu.
Crantzius, ac alii sic me docuere, vetustas
Sic sensit, sic res testibus acta probat.
Postulat idque mei ratio sic Muneris, ipso
Quod licet indignus Cæsare dante gero.
Nam velut Historicos, veri quos cura fatigat,
Scribere vera decet, sic quoque vera canam.
Octo ubi Sol roseis post natum secula Christum
Nonaginta annos sexque reduxit Equis.
Quintus in Ausonia Stephanus Papa præfuit urbe *Stephanus Papa.*
Altari, Sacras rexit & orbis opes.
Cæsar & Arnulphus Romani invictus habenas *Arnulphus Imperator.*

Imperii tenuit, rexit & orbis opes.
Carole dive Tui, qui dicere tertius Heros
Crassus, Germani Filius ille fuit.
Quintus & Imperii Mindensis Episcopus æquo
Drago. Jure potens sceptrum nomine Drago tulit.
His circum circa possedit finibus omnes
Uffo Plagas, Hilborch cui sociata fuit.
Turribus, & speculis ipsi duo castra fuerunt,
In Parochia Exterensi & Steinbergensi. Mœnibus & vallis undique cincta suis.
Primum habuit villam prope Bredembeke, secundum
Aufm Hagen zum Osingfelde. Sub Steinbergiacis ædificarat agris.
Aula quod Uffonis dictum est, vestigia primi
Dantur adhuc notis conspicienda locis:
Scilicet in saltu, Steinbergæ qui situs oris,
Quem tenet & iunctis Inclyta Rinthla iugis
Ad loca contendit zelo pietatis avitæ
Morus, ubi Christi Busta videnda iacent.
Crimine pro nostro qni passus, mortuus, expers
Labis & humano more sepultus humo est.
Quem iam dudum Hilborch vitali lumine cassum,
Credidit ignotis succubuisse locis.
Interea egregiis rutilans virtutibus Hilborch
Fundavit sanctæ splendida tecta Domus.
Nomen apud veteres Mola cui dedit undaque gaudet
Quo iam digna suis laudibus usque vehi.

In honorem Sanctæ Trinitatis, Beatæ Mariæ Virginis & Divi Petri Apostoli.

Villa fuit quondam Milnbecca vocata colonis,
Osterburgiaca sub ditione iacens.
124. Pagus Parrochialis.
Centum bis denos stetit hac & quattuor annos
Schawenburgiaca longius Arce Domus.

Instar

Instar adoptavit Molebeccam Nobilis Uffo
Prole carens Natæ, Matre rogante, Pater.

Non solum Molebeccam, sed etiam Ecclesias Segelhorst, Deckber, Steinberg, Honrade, Silexen/ Velthem, Ost-Eisberg, West-Eisberg / Hilborch fundavit.

Illius ergo fides & nomen, ut herba, virebunt,
Tempora dum motu continuata fluent.
Dote Palestinis rediens feliciter oris
Magnarum HAS magna vique beavit opum.
Prædia cum villis, Sylvas cum Censibus illis
Contulit, Hæredes constituendo sibi.
Virgineo Illustres Canonissas dico pudore,
Vita quibus cælebs grata pudica fuit.
Quas voluit celso, generoso & stemmate Avorum,
Nempe Ducum, Comitum Nobiliumque satas.
Presbyter his Folcart Hilburgi sanguine iunctus, *Folcardus.*
Cum Dragone dederit iugera multa Soli.
Post ubi munifice satis est ditata, vorace *Primum incendium.*
Corruit igne, super nilque remansit opum.
Usque adeo in terris constans nihil, omnia retro
Non secus ac rapido Turbine adacta ruunt.
Hinc partim emerunt propriis bona plurima nummis,
Partim acceperunt plurima sponte data.
Quod fidei appensis hodie Diplomata signis,
Plena Ducum, Comitum, Nobiliumque docent.
Hæc in diversis sita sunt Regionibus, ut sunt
Brunopolis Ditio Iuliacæque Domus.
Pluribus hæc longe Schaumburg & Lippia vincunt
Censibus, illarum iure colantur Heri.
Cœnobium Cellis, Diam sublimibus Aedem *Post primum incendium.*
Turribus, aptatas Aediculasque struunt.

 Queis

Queis bene dispositis, cura & vigilante peractis,
Virgineus fecit debita sacra Chorus.
298. Mille ducenti anni nonaginta octo ruerunt,
Casta ubi iam Christo de Genetrice sato,
Secundum incendium. Cœnobium extructis cecidit grave sedibus igne,
Qui face corripiens obvia quæque vorat.
Non fuit ulla Domus Monialibus apta manendi,
Sed miseræ in villis sedem habuere suam.
Restauraretur Templum hoc ut, eique rediret
Pristinus admota commoditate status,
His mendicato concessit Episcopus æra
Quærere Mindensis cuncta per arva plagæ.
Post secundum incendium. Tecta struunt misere flammis exusta secunde
Sumptibus ac studio rursus, ut ante, Domus.
Quam tenuere piis addictæ cultibus omni
545. Quingentos annos lustra novemque fide.

Elapsis a fundatione Ecclesiæ Molebeccensis annis quingentis, & triginta septem; qua sub statu, & regimine supra dictarum Abbatissarum, & Canonicarum Secularium nunc prosperis, nunc adversis immobilis persistebat, exaltabatur, & premebatur, nunc possessionibus dilatabatur, nunc minuebatur, ita ut finaliter tandem in tantum Ecclesia Molebeccensis partim fortuiits casibus, partim Regentium negligentia & malo statu proprie, & præcipue divini timoris dilectione intervenientibus, adeo decrevit, & defecit, in Spiritualibus & Temporalibus, & in suis ædificiis collapsa est, ut tam Abbatissæ eiusdem Ecclesiæ, quam Canonicæ paucæ numero superstites, licet autem per multos annos valde in timore Dei permanentes multiplica-

Incuria Abbatissarum & Canonicarum.

tæ,

tæ, & exaltatæ fuerint, Ecclesiam, & ipsum Monasterium cnm suis terris, & possessionibus, nimia paupertate devictæ, tanquam eis versam & salsuginem abhorrentes, & locum ipsum pro desolato derelinquentes, divinum cultum, propter quem locus per Fundatores supradictos devotissime, & ditissime constructus fuerat, penitus pro nihilo habuerunt, ut in iis impleretur illud, quod veritas dicit: Regnum Dei auferetur a vobis, & dabitur genti facienti fructus.

Brevius.

Friget ubi Pietas, divina & labitur actu
Relligio cultus dispereunte sacri.
Prædia labuntur, vilescunt omnia, census
Ablatis tollunt æra aliena bonis.
Præbuit his magnam violenta incensio causam 1240
Omnia tecta adeo flamma voravit edax,
Manserit ut paries vix unus, & alter, egestas
Virginibus dura est unde suborta famis.
Erge remiserunt commissos paupere fasces
Cœnobii quondam conditione sibi.
Consensere tamen, Domus ut mutata priori
Mutato staret non sine fruge statu.
Mille quater centum, quadraginta unus & ibant
Anni post Christum virgine matre satum. 1441
Nata Grupenhagen celsa ultima stirpe Sophia
Abbatissa suis cessit egena bonis,
Qua Comiti Alberto nato concessit ab Hoia,
Mindensem Præsul qui bene rexit humum.
Qui fuit & primus tunc quinquagesimus, omnem
Restituit lapsa rem pietate Domus.

Ille Anno 1441. die Lunæ 20. Maii Monasterium in statum Canonicorum regularium transtulit.

Per-

Areopagita. Perdita, queis fruimur multis bona censi-
bus auxit
Mutata primi lege priore status.
Dicitur antiquis Dionysius esse Patronus,
Cui fuit hæc olim tota dicata Domus.
Præsertim Triadi cultu sacrata probato
Nempe Patri, Nato, Spirituique sacro.
Complacuit multum quod Schaumburgensibus uno
Principibus voto, perlege scripta, scies.
Hæc Chronica ostendunt tibi Schaumburgensia lectu
Digna, rei quibus est indubitata fides.
Te quia rite docent signatis testibus, unde
Schaumburgæ Illustris cepit origo Domus.
Curavit nobis Princeps edenda sub auras
Ernestus magno Nomine reque potens.

Schaumburgum celebris Comitatus ad Visurgim, inter Ducatus Brunsuicensem & Lunæburgensem, nec non Diœcesin Mindensem, & Comitatum Hoiensem situs, vicinusque Comitatui Lippiaco insignes Arces, præfecturas & Urbes habens.

Hic paucis, quæ sint prisca de Gente profecti
Schaumburgi Comites, commemorare libet.
Sunt Patriarcha Noah, Iaphet, Gomer atque Tuiscon
Antiqua, ut monstrant Biblia, stirpe sati.
Prælustre illorum generoso prodiit olim
Sanguine Teutonicum, Saxonicumque Genus.
Vnde suam Comites Schaumburgenses originem traxerunt. *Schaumburgi Comites de quo excellente potentes*
Virtutum exorti Nobilitate Viri.
Cura quibus fuit, est & erit victricibus armis
Defensare Chori iura, Fori atque Tori.

Quod

Quod, veluti scribo, manifeste Heroica veris
Illorum Historiis prodita facta docent.
Tam pro lege Dei, quam pro Grege iusta triumphis
Adversum hostiles arma tulere manus.
Pro Regione sua, pro Relligione pararunt
Census, & sensus attenuare suos.
Aeterno idcirco digni, qui Carmine vivant,
Vivat & illorum nescia fama mori.

Nunc Genealogiam Comitum Schaumburgensium præteritorum, præsentium, & futurorum, quorum Historici, ut Crantzius, antiquam eorum Genealogiam lib. 8. Saxoniæ cap. 26. & 27. recitans, sæpissime honorificam faciunt mentionem, æternæ memoriæ, & honoris ergo breviter attingam.

In monte urticarum arx munita ab Adolpho de Salingleven Bellicoso Heroe & Equite Aurato, cui Siegebertus Episcopus Mindensis ob Heroica præclare facta plurima bona in ipsius Diœcesi sita & in Chronicis Schaumburgicis nominata, contulit. ædificata est. In monte hoc primitus vile admodum caprile fuit, ex quo Domus venatoria, ex ista tandem arx facta est, quam Cunradus secundus Romanorum Imperator videns, & admirans à spectando, schaw die Burg appellavit, eo quod ex hac longe late circum & circa quis non solum spectare, verum etiam illa spectari posset, unde & nomen hoc in hodiernum usque diem retinet.

Nomen id ut possit cunctos retinere per annos
Faxit Jova, levis dum polus astra vehet.

Hic Adolphus de Salingleven primo Eques auratus, Deinde primus Comes Schaumburgicus à Conrado secundo Romanorum Imperatore Mindæ in Comitiis, anno Christi 1030. solenniter nominatus & creatus est, idque promotione Siegeberti Episcopi Mindensis. *Adolphus de Salingleven.*

Hu-

Adolphus II. Huius Adolphi primi Comitis Schaumburgici filius Adolphus ſecundus, ut quidam opinantur, quidam vero an eius nepos vel pronepos fuerit, ſubdubitant, à Lothario Duce Saxoniæ & Weſtphaliæ, poſtea Romanorum Imperatore, Anno 1115. Comitatum Holſatiæ, Wagariæ & Stormariæ impetrat, isque primus Comes Holſatiæ, ſicut & ipſius filii, poſt Carolum Magnum & Ludovicum eius Filium Romanorum Imperatores, & Francorum Reges Eccleſiæ Hamburgenſis Collegiatæ ſecundi Fundatores & Fautores fideliſſime extiterunt.

Adolphus ſecundus anno Chriſti 1122. defunctus, & Mindæ in Monaſterio Benedicti ordinis ad S. S. Mauritium & Simeonem ſepultus eſt.

Origo Comimitum Schaumburgenſium. Ex his reliqui Comites Schaumburgici, Holſatiæ, Wagariæ & Stormariæ omnes prodierunt, quorum nomina Chronica Schaumburgica ordine referunt.

Præcipuorum horum Comitum Genealogiam & nomina texam, & ab Gerhardo (dicto cæco) initium ſumam.

Ex Gerhardo cæco naſcuntur Adolphus & Otho Comites Schaumburgici. Ex Adolpho naſcitur Adolphus, cuius hi ex Lippiaca coniuge prognati filii: Simon occumbens in aliqua pugna, Adolphus moriens in itinere, dum iret ad terram ſanctam verſus Hieroſolymam, Gerhardus Epiſcopus Mindenſis, Bernhardus præpoſitus Hamburgenſis, & Ottho Comitatus Schaumburgici Gubernator. Ottho ex Brunſvicenſi, Comitiſſa genuit Gulielmum in pueritia mortuum, & Adolphum.

Ex Adolpho naſcitur Otho, qui mortuis Ducibus Schleſvicenſibus & Comitibus Holſatiæ Gerardo & Adol-

Adolpho, nullis post se masculinis hæredibus relictis ex sorore nepoti Christiano primo Regi Daniæ ius istius partis Holsatiæ, quam prædicti Duces pro certa pecuniæ summa obtinuerant, resignavit, interim & ipse, & ipsius filii priora castra in Holsatia circa Hamburgum urbem obtinuerunt. Ex isto Orthone nascuntur Adolphus, Ericus, Ernestus Episcopus Hildesiensis, Mechtilda, Bernhardi Ducis Lunæburgensis coniunx, Ottho, Henricus Episcopus Mindensis, Anna, Bernhardi Comitis Lippiaci uxor, Bernhardus, Iohannes, Antonius, ex his omnibus Iohannes appellatus Johann der Steife, qui aliquot florenorum millia der Stei- pauperibus legavit, coniugatus factus est, fe. & Cordulam alteram filiam Domini Heinrici ultimi Comitis in Gehma, cum qua Gehmam consecutus est, duxit, quæ diu mansit sterilis, tandem vero demortuis fratribus reliquis, an. ætatis suæ quinquagesimo Domino suo anno 1483. peperit filium Iodocum primum, qui anno Christi 1508. Gulielmi Comitis Nassoviensis sorore Maria ducta, genuit decem filios, quorum hæc nomina, Ottho 5. Heinricus 9. in pueritia mortuus, Adolphus 16. Archiepiscopus Coloniensis, Iohannes 10. qui ex Elisabetha Comitissa orientalis Phrysiæ nullam genuit prolem. Ottho 6. qui primo electus fuit Episcopus Hildesiensis, verum gustu veræ, ac synceræ religionis percepto, eo Episcopatu resignato paternarum ditionum gubernationem feliciter suscepit, siquidem nullarum Prælaturarum & Præbendarum Ecclesiasticarum, sed rerum politicarum gerendarum, & militarium à primis incunabulis voluptate captus, acerrimum militiæ Principem ad ultimum usque vitæ terminum egit, idque satis superque hoc probavit, quod in florida iuventutis suæ ætate una cum

Ottho VI. Episcopus Hildesiensis.

cum Ioachimo Principe Brandenburgico in militiam contra Turcas, nefandos animos tartarea & Diabolica mersos caligine blaſphemis militibus Domino Ieſu Chriſto impiiſſima & atrociſſima moventes bella, profectus eſt, ibidemque primum militiæ tyrocinium, rerum bellicarum experientiſſimus edidit, de quo infra.

Sextus Iodoci primi filius Antonius 2. qui fratri in Epiſcopatu Colonienſi ſucceſſit. Gulielmus 3 præpoſitus in Hildesheim & Melſchede, Rintelii anno 1580. mortuus ac Molebeccæ in Choro ſepultus. Iodocus 2. qui Floriani Comitis Culenburgenſis Sorore Eliſabetha ducta, genuit Heinricum 10. Iohannem, Othonem, Iodocum 3. Hermannum 2. Georgium Hermannum, Magdalenam & Eliſabetham, de quibus infra. Octavus Iodoci 1 filius Erneſtus 2.& Ericus 5. filiæ Cordula, & Eliſabetha. Iodocus primus anno Chriſti 1532. mortuus, Molebeccam deportatus ibidemque in Choro ſepultus eſt anno ætatis ſuæ 49. Iodocus 2. autem Gehmæ expiravit & ſepultus eſt anno Chriſti 1581. Ottho Iodoci primi primus filius in pueritia mortuus eſt. Heinricus Iodoci primi ſecundus filius anno 1509. natus 2. Septembris Hagæ à Diethardo Doringlo præpoſito Obernkirchenſi baptizatus eſt. Adolphus Iodoci primi tertius filius mortuo parente gubernator Schaumburgicus, paulo poſt autem comitatu renunciato Archiepiſcopus Colonienſis electus eſt. Iohannes Iodoci primi quartus filius fratri in regimine ſucceſſit. Ottho Iodoci primi quintus filius anno 1517. uno anno ante bellum Brunſvicenſe natus. Antonius Iodoci primi ſextus filius anno 1556. Archiepiſcopus Colonienſis electus. Wilhelmus Iodoci primi ſeptimus filius ſimplex & rectus fuit & ſpiritualis permanſit. Iodocus Iodoci primi octavus filius ab ineunte ætate rei militari

ſtuduit.

studuit, Ericus Iodoci primi nonus filius cælebs mansit, & an. 1550. defunctus. Ernestus, Iodoci primi decimus filius, Ducis Wirtenbergensis Vicarius fuit, duasque præfecturas Crudenborg & Schlangenholl, quas Iohannes decimus cum uxore Cordula consecutus est, Otthoni fratri 80000. florenis acceptis ultro cessit. *Cessio Castrorum Crudenborg & Schlangenholl.*

Cordula Iodoci primi prima filia Comiti Benthemico nupsit, quo defuncto Humberto Comiti in Newen Aar, per secundas nuptias copulata est, cui filiam peperit; quam primo Dominus in Brederod, secundo Fredericus tertius Palatinus ad Rhenum Princeps Elector duxit. Elisabetha Iodoci primi secunda filia Domino Iohanni à Seine in matrimonium tradita est, cui tres filios Adolphum, Heinricum & Hermannum, duasque filias Magdalenam Caroli Senioris Comitis Mansfeldici coniugem, & Elisabetham Abbatissam Essensem peperit.

Hi bene vixerunt, regnarunt, denique fatis
Erepti in vera cognitione Dei;
Æternum in cœlis Christo cum Principe vivunt
Angelicos inter, lucida castra, choros.
Ottho reformavit Molebeccam nomine quartus;
Iret ut antiqua Relligionis honos.

Insignis ille Molebeccæ Benefactor fuit.
Hinc Arnoldus ab Huls claustrum Budicense regebat
Qui Prior, accepit iussa benigna Ducum,
Ut Molebecciacam muniret Fratribus Ædem,
Quos Augustini Regula, & ordo regant. *Augustinus Episcopus*
Grata quidem nobis Huius sacra Regula lectu

Digna, ſed in primis Biblia Dia placent.
Biblia, quæ totam Scripturam iure vocamus,
Sunt Mare, totius quod capit orbis aquas.
Unde Catechiſmus fluit, & refluendo priores
Ad maris inſolito more recurrit aquas.
Sed ſua quam refluat prius ad loca plena ſalutis,
Arida fructifico flumine corda rigat.
Quo madefacta queant floreſcere, & edere fructus
Iuſtitiæ, & fidei, naſcitur unde ſalus.

Vel ſic.

Biblia tota Dei Scriptura vocantur, & ingens
Sunt mare, quo mundi cuncta fluenta ruunt,
Unde fluunt omnes mira dulcedine Rivi,
Arida qui vivo Flumina corde rigant.
Ex illis refluunt vivi divinitus amnes.
Queis animæ fervens excutienda ſitis.
Hos bibe ciſternis obturatisque lacunis,
Ne ſicca in medio fonte premare ſiti.

Hinc.

Quinque Catechiſmi partes, Homo, diſce, rotunda
Sub brevitate docent te, quia, noſſe Deum.
Te quoque poſſe Deo bene vivere, poſſe beato
Fine mori & ſuperæ tecta ſubire Domus.
Noſtræ ubi Gentis erit fas coram agnoſcere vultus
Atque dare alternis mutua verba ſonis.

Quid Maiores noſtri de Bibliis ſenſerunt.

In precio noſtros habuiſſe prioribus annis
Biblia Maiores, nemo negare poteſt.
Qui negat, ille ſapit minime, malus invidet illis
Oſor, in hos gravibus ſolvit & ora probris.
Teutonica illa ſtylo proprie, longe ante Lutherum
Reddita ſunt, nobis viſaque preſſa typis.

Nil

Nil erroris in his inventum eſt, ſi quod in illis
Nunc eſt, aſcribi nolumus hiſce. Scias
Quinque Catechiſmi partes tenuiſſe, beati
Scripta Auguſtini perlege, certus eris.
Huic reliquos Patres quoque conſenſiſſe videmus,
Scripta quod illorum ſatque, ſuperque probant
Sufficit. Ad noſtri tandem redeamus oportet
Propoſiti metam, ne mora tardet opus.
Lapſis aliquot poſt partum virginis annis
Imperfecta ſacræ Tecta ſtetere Domus.
Nondum perfectam, perfectam reddere Fratres
Paulatim Hanc mira ſedulitate parant.
Primus ab Hermanno de Stralen præſide dicti
Cœnobii, poſitus non ſine more lapis.
Totum opus impletum eſt feſto Gertrudis, in horas
Cultibus hinc Fratres invigilare ſtudent.
Continuatur adhuc, & continuabitur illud
Carmine dum poterit Muſa Latina loqui.
Hoc Evangelice fiet, Deus, annue votis,
Extremum ut mundi fiat ad uſque diem.
Sunt ſuper alta ſacræ Templorum culmina paſſim
Fixa crucis nutu ſigna probante Dei,
Perpetuo memores crucis ut vivamus Ieſu,
Cuius in auguſta ſtat Cruce noſtra ſalus.
Forma ſub aëriis Gallorum turribus omni
Tempore vult lapſus nos meminiſſe Petri.
Huius & exemplo ſalva reſipiſcere vita
Converſos, gaudent Angelici unde Greges.
Qui fingit ſacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui colit, ille facit.

Poſt ſecundum incendium, quo nondum omnia reædificata erant.

1479. *Ædificatio Templi.*

Signa Crucis & Gallorum in Cacuminibus Templorum & turrium.

Imagines.

Non Deus eſt, ſed picta Deum præſentat imago,
Tu quos in hoc cernis lumine, mente colas,
Cultus Imaginibus licet haud tribuatur, eaſdem
Non ſine honore tamen nos retinere iuvat.
Altaria. Nec non præſentes, quas hic invenimus, Ara
Præſertim Chriſti, qua ſacra cœna datur.
Nec reliquæ officiunt ullis, nec Imago momordit
Quempiam, adhuc mordet dente nec ulla ſuo.
Synceros nequeunt homines offendere, ſi quos
Offendunt, ſanæ nil rationis habent.
Nam ſcriptura quod eſt doctis, pictura ſacrarum
Rerum hoc eſt Laicis, nobile & artis opus.
Has qui ferre nequit, valeat, bene novimus uti
Nos illis quanam Relligione decet.
Divino afflatu cantamus ſymbola, quondam
Per ſanctos miſero tempore facta viros.
Matutina preces. Ambroſii, ac Auguſtini, ſub nocte, legun-tur
Matutiuatum ſacra ubi verba precum.
Sexta Athanaſiacum ſancte hora quand benignas
Primarum receps. Primarum ad cœli fundimus aſtra preces
Quin & Apoſtolicum, ſine quo ſpes null ſalutis,
Dicimus, ex cuius cætera fonte fluunt,
Salutatione angelica qui utendum. Dicitur inprimis devote oratio Chriſti,
Diva Maria, Dei Regia Mater, Ave.
Non ſic, hocce preces quæ Ave nos eſſe ve-limus,
Nam precibus forma conveniente caret.
Inculcetur in hoc Nati Incarnatio Chriſti,
Sed nobis, quoties hoc recitamus Ave.
Hoc recitare modo nobis licet illud in horas

Ac incarnati sic meminisse Dei.
Hoc recitare negat quicunque scienter & excors.
Christum incarnatum pectore, & ore negat.
Qui negat Hunc, recta stygios volitabit in ignes,
Fine doloris ubi debita pœna caret.
Sentiet hanc, dictis qui rebus abutitur, æquo
Vultque loco sanctos esse in honore Dei.
Solus ubique Deus qui primus, trinus, & unus
Debet adorari, vero & honore coli.
Debite honorandi, iubet ut Reverentia, Sancti,
Non sed adorandi, cultus is ipse Dei est.
Quotidie sacris haustos ex fontibus Hymnos
Psallimus, & canimus nil nisi sacra Deo.
Idque suis (velut est nostris a Patribus olim
Sancitum,) septem nempe die vicibus,
Et cum divinis pia Responsoria Psalmis,
Harmonicis scite condecorata modis.
Hæc, ut plebs retur, non sunt Adiaphora, debent
Sed fieri iussu, non sine mente, Dei.
Pallia semoto sacra usurpamus abusu,
Concelebratur ubi, Missa probata Deo.
Sub Missa, ac alias Lychnos accendimus, ut sint
Viva salutiferæ Lucis imago Dei,
Introitus, Kyrie, in Excelsis Gloria, Terris
Pax, repetuntur item Biblica verba palam,
Alleluia suis, Graduale, Sequentia, Tractus
Temporibus multum quæ pietatis alunt.
Symbolum ubi ad populum sacra concio habenda, Nicenum
Cantamus flexo poplite, & hac habita;

Sancti honorandi non adorandi.

Responsoria.

Introitus, Kyrie, Gloria in Excelsis, Epistola & Evangelia, Alleluia, Graduale, Sursum corda. Sanctus. Agnus Dei.

Surſum corda fide, Devoto, Sanctus, & Agnus
Corde, Dei, ante Aram, Myſta precando canit.
Deinde ſacroſanctæ legit auguſtiſſima cœnæ
Verba, ſacrum Miſſæ ſic & adimplet opus.
Quos obſervarunt veteres iuſto ordine Ritus,
Hos obſervamus nos quoque in eſſe ſuo.
Dummodo conveniant divinis legibus, ulli
Scandala nec pariant, exitiale malum.

Ad propoſitum. Maiores multis noſtri Hæc, quem iure te nemus,
Emerunt nummis, omnia pene bona.
Quod munita ſuis liquido Documenta ſigillis
Teſtificantur, adhuc quæ Molebecca tenet.
Poſſet, ubi eſſet opus, ſed non opus eſſe putatur,
Illa, fide dignis exhibuiſſe viris.

1492. Poſt ubi mille annos, quadringentosque reduxit
Nonaginta itidem Phœbus ab axe duos,
Lux data quinta ſimul Maii, Portam ante Latinam
Veſpera Iohannis clauſit & atra diem.

Tertium incendium, Cœnobiarcha iſtis fuit ac Antonius annis
Bödeker, interiit nobilis igne Domus.

1492. Ædibus evomuit quem faucibus ater in iſtis
Furnus, ubi panes, Piſtor ab arte coquit.

Poſt tertium incendium. Sed non deſperant Fratres, ope Lapſa Bonorum
Tecta reædificant ſubveniente Deo.

Dedicatio Monaſterii. Mille ubi quingentos & quinque reduxerat annos
Sol, magna applauſus voce ſacrata Domus,
Idque pio Heinrici iuſſu, Mindenſe coruſcus
Qui magno Præſul rexit honore ſolum.

Natus

Natus & ex Comitum generosa stirpe, potenti
Qui Schaumburgiacas res tenuere manu.

Heinricus Comes Schaumburgicus eligitur Episcopus Mindensis anno 1478. obiit anno 1504. die 25. Ianuarii.

Huius temporibus Minda improvisa sub oris
Vicinisque locis orta repente mala.
Vis tempestatum Nimbis densissima fervet,
Fulgurat, obscuro personat axe fragor,
Fulmen agit flammas, recidens per inania rerum,
Concutit alta, soli semina Grando quatit.
Terra parens frugum sævo perterrita motu
Plangit, & absorbet Pascua, Rura, Domos.
Durat id insolitis per totam motibus horam,
Datque nocens multis noxia damna locis.
Præsul ob id luctus mæret squalore, sacrari
Iussa salutifero quo Molebecca Deo.
Huic Fratres Ottho præstans Antonius, & vir
Magnus Iohannes vota dedere sua,
Cum Christo in cœlis requie potiuntur, & inter
Angelicos vivunt agmina pura choros.

Descriptio terræ motus & tempestatis.

Ottho quartus obiit 1510. Antonius primus obiit 1525. 21. Octobris. Iohannes primus obiit 1527.

Tutor, & Inspector Mindensis Episcopus huius
Cœnobii vigilans tunc fuit, est, & erit.
Hunc illi nostrum quia nemo negabit honorem,
Dummodo sit puræ Relligionis amans,
Nosque sinat nostris uti de more statutis,
Quæ nihil impuræ Relligionis habent.
Consiliis illud iuvit sæpissime multis,
Ut liquet ex scriptis, historiæque probant.

Epiſcopus Mindenſis ordinarius Mollebeccenſis eiusque Tutor. Is autem ſi in animo haberet Monaſterium iniuſte gravare, imperiali conceſſione alium Tutorem, hoc repudiato, eligere liberum ipſi relictum eſt.

Non alium Dominum poſt hunc agnoſcimus, illum
  Quam Schaumburgiacis qui dominatur agris.
Et circum circa tenet has, moderatur & oras,
  Quas colimus, quarum verus, & unus Herus.
Sunt Domini, natos quos ſanguine conſtat eorum,
  Neſtoreos vivant faxit Iova dies.
Stirps ſit & illorum nunquam ſine ſtirpe ſuperſtes,
  Splendida dum rutuli lumina ſolis erunt.
Iuſt-Hermannus Comes. In Iuſt-Hermannum Comitem pro tempore noſtrum
  Hæc fuſa ex toto pectore vota cadant,
Subiectos dominus ſibi re Schaumburgicus ultro
  Nos tueatur, amet, more parentis alat.
Addidit adiunctis Sternbergæ finibus arva
Ottho II. Schaumburgi propriis Ottho ſecundus agris,
Pignore iam certis ſed conditionibus illa
  Lippiaci Comites reſtituenda tenent,
Fama huius memori nomen ſervabit ab ore,
  Cornua dum Lunæ ſe variantis erunt.
Corporeis poſtquam vinclis, & morte ſolutus,
  In ſuperas abiit, regna beata, Domos.
Privilegia Molebeccenſium. Libertate ſacram Molebeck donare parati
  Pontifices prompta mente fuere Domum.

Sixtus, Innocentius, & Eugenius, Pontifices Privilegia unionis Canonicorum S. Auguſtini dederunt.

Dia

Dia Monarcharum, Regumque, Ducumque sigillis
Iura adsunt, Comitum Nobiliumque suis.
In Molebecciacis quæ custodita tenentur
Archivis, servet Maximus illa Deus.
Ne pereant flammis, nec vi rapiantur ut olim 1556.
Rapta fuere, manu læsa sed illa nihil.
Integra, laus superis, sed restituenda Weningus
Curavit nobis nomine, reque Pater.
Idque labore gravi, magnis & sumptibus, unde
Non minimum peperit laudis honore sibi.
Induperatores permagni Nominis huius *De quibus infra latius.*
Tutores gratis constituere Domus.
Nos, nisi de facto male conturbaverit, ipso
De iure haud nobis ullus obesse potest.
Namque in tutelam nos suscepere gerentes
Romani Imperii splendida sceptra VIRI.
Qui donaverunt ultro Diplomata nobis,
Argumenta huius non dubitata rei:
Illorum hic grata summam brevitate notavi,
Non dubito illa bonis quin placitura viris,
Perlustrent horum positam nunc ordine summam,
Sincera mentis iudicioque legant.

ELENCHVS, ET SVMMA.

Privilegiorum antiquorum & novorum, itidemque quamplurimorum, & præcipuorum bonorum partim persoluto precio emtorum, partim ex pia liberalitate donatorum, Monasterii Molebeccensis. Singulari industria & fide numeros annorum ordine observavimus, ut benevolus Lector videbit, ne confusio admitteretur.

Arnulphus Romanorum Imperator.

Anno Domini octingentesimo nonagesimo sexto, primo anno Fundationis Monasterii Molebeccensis Arnulphus Augustus Im-

Imperator Romanus anno regni eius octavo, & Imperii primo, Auctoritate Imperiali, dicto Monasterio concessit privilegium confirmationis, ordinis, pactionis & voluntatis, idem ipsum instituentium, cum multis, illudque sub Imperialem tuitionem suscepit, constituitque Episcopum Mindensem illius Tutorem, concessa Imperiali libertate, si ille velit Monasterium iniuste gravare, alium Tutorem vel Ecclesiasticum vel Politicum eligere.

Ottho II. Anno Domini nongentesimo septuagesimo nono, octavo Maii, Ottho, eius nominis secundus Imperator Romanus Augustus, filius Otthonis primi, fidelis Ecclesiæ defensor, duxitque filiam Constantinopolitani Imperatoris de sanguine Romanorum uxorem, sepultus in Ecclesia S. Petri Romæ, anno regni eius decimo septimo Monasterium Molebeccense, hominesque ipsi subservientes, a censu Imperiali liberavit, statuitque ne personæ eiusdem vel debeant, vel possint banniri, hoc est, excommunicari, nec ad iudicia trahi.

Heinricus eius nominis secundus Romanorum Rex. Anno millesimo tertio Heinricus eius nominis secundus, de Domo Ducum Bavariæ, Romanorum Rex, cuius uxor Sancta Cunigundis, cum qua in virginitate permansit, cœlibem vitam honeste, modeste & caste agens duxit, sepultus in Babenberch miraculis coruscus, anno regni eius primo Mindæ existens Imperialia Monasterii Molebeccensis renovavit, censum Imperialem remisit, ac noluit eiusdem personas banniri, nec ad iudicia trahi, sed voluit illud plane exemptum esse:

Dispereant igitur, nobis qui damna tulerunt,
Quique ferunt, verum iuraque fasque nihil.

Lucius Romanorum Circa annum millesimum, centesimum octuagesimum tertium decimo sexto Cal. Apri-

Aprilis, Lucius Romanorum Pontifex, eius nominis tertius natione Tuſcus, prius dictus Humbardus, & ante Pontificalem dignitatem Epiſcopus Oſtienſis, Monaſterium Molebeccenſe cum omnibus bonis, & poſſeſſionibus, & habitis, & habendis ſub Apoſtolicam protectionem ſuſcepit.

Pontifex eius nominis tertius.

Similiter & villam ipſam de Molebeck, quam Hilborch & Folcart Presbyter, cum ipſum Monaſterium fundaverunt, cum omnibus ad illud pertinentibus pia devotione dederunt.

Villa Molebecca.

Inſuper idem Dominus Papa decimas de centum & viginti aratris, quas Drago quondam Epiſcopus Mindenſis, piæ memoriæ, cum aſſenſu capituli ſui, in prima Fundatione eiuſdem Monaſterii, eidem aſſignavit, ſub penſione quinque ſolidorum, exſolvendorum Altari Epiſcopali, annuatim, ita ut ſemel in anno eo modo Epiſcopus, qui pro tempore fuerit in Mindenſi Eccleſia, recipiatur in Molebecca, quo in ceteris locis ſuæ Diœceſios recipi ſolet, confirmavit, & approbavit. Decimæ vero de ſupra dictis centum & viginti aratris in diverſis locis ſitæ ſunt, ut ſupra ſcriptum invenitur.

Gisla Abbatiſſa Molebeccenſis ſuperius Molendinum cum omni uſu, ac utilitate tam in agris quam in Ceſpitibus, aliisque ad ipſum pertinentibus, capitulo Molebeccenſi, anno milleſimo ducentiſſimo ſeptuageſimo primo, pure & libere ceſſit.

Gisla Abbatiſſa Molebeccenſis.

Hermannus Canonicus Molebeccenſis conſenſu Eccleſiæ ibidem, & Abbatiſſæ Gislæ, Parochiam in Silexen, a præbenda dicti Hermanni dependentem, Luberto de Fidenhauſen anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo contulit.

Hermannus Canonicus Molebeccenſis.

Hanc

Agnesa Abbatissa Molebeccensis. Hanc Parochiam Agnesa Abbatissa Molebeccensis per obitum quondam Domini Iohannis de Rottorph, dicti Monasterii Canonici, vacantem Domino Godefrido de Bardeleben contulit, & Ludovico Episcopo Mindensi per literas sigillatas anno millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in profesto Martini Episcopi, obtulit ac præsentavit. Omnes Villici & Coloni Silicenses, paucis exceptis, Molebeccensium censiti sunt, verum male sese erga eos gerunt, censum iusto tempore non pendentes.

Silexen. Parochia Silexen cum omnibus suis pertinentiis ad Monasterium Molebeccense non solum quo ad ius Patronatus, verum etiam proprietatis pertinet, unde per personas eius longissimo tempore administrata, Decimæ ac reditus eiusdem Molebeccam deportata sunt, donec secularibus eisque diversis Pastoribus collata est, ut & Parochia Hachmulensis in Ducatu Brunsuicensi, non procul ab oppidu Munderensi, sub iurisdictione Hallerspringensi.

Hachmülen. Totum officium Hachmulense, ad quod Steinbergk, curia der Joleckenhoff, dicta in Parochia Vledexen, pertinet, Collegii Molebeccensis bonum est, in quo multa bona feudalia, emphyteutica, & ius Patronatus Ecclesiæ ibidem proprie sibi vendicat.

Hanc postremo Iohannes Huxariensis Pater Prior Molebeccensis, Reinhardo Kretschen, contulit, ubi illam Iohannes Kock resignasset.

Hinc multis, & diversis Pastoribus à Monasterio Molebeccensi sine ullius impedimento collata est, & divina Dei voluntate in posterum conferetur. Ex his Pastoribus

Præ-

Præfuit Heinricus multos Busingius annos
Huic, cum laude docens dogmata sana Dei.

EPITAPHIUM.

Hoc iacet Heinricus placide Busingius antro,
Qui bene vixit, adhuc vivit & ante Deum.
Tradidit & melius divini oracula verbi,
Quæ facienda docens, quæ fugienda monens.
Occiderit quamvis misere, tamen optime olympi. *Rodenbergæ an. 1592.*
Iustifica petiit mortuus astra fide.
Lector ab hoc tristi faciens bona, funere Christo
Vivere disce, mori disce, beatus eris.
Huius privignam Iannes Culmannus honestam *Iohannes Culemannus.*
Matronam socio iunxit amore sibi. *Mariam.*
Successitque Illi Calnberga ex Arce vocatus,
Vivo Evangelii germine pascit oves.

Iodocus Stukenius; parochiam hanc ipsi contulit, Hermannus Wedemhosius, Heinricus Calmaierus, & Rudolphus Trachterus, Patres Priores Molebeccenses collationem hanc confirmarunt, ita, ut unus ex filiis eius, qui idoneus & puræ religionis fuerit, ipsi in officio succederet. In quod Cunradus Hoierus Subprior P.L.C. & Conventus consensere.

Suscepit celebres dilecta ex coniuge natos,
Tempora qui studiis iusta dedere suis.
Ascendere igitur summa ad fastigia honorum,
Sunt Patri, ac Matri, spes, patriæque decus.
Plaude Pater, gaude Mater memorabile vestra
Progenies clari nominis omen habet.
Laurea serta gerit Gotfriedus honore Magistri,
Quem facit insignem Theologia virum.

Aegr

Acer honoris & est Laurentius huius, & ardens
Æmulus arte, pio cuius amore calet.
Ex natis Patri succedet idoneus unus,
Sive is sit Maior, sive sit ille Minor.

Expectiva. Anwartung. *Quod Molebeccensis vult Expectatio, patrum*
Cœnobii signis reddita firma manus,
Sana mente Pater bene sano in corpore vivat,
Præsit & officio plurima lustra suo.

Maria. *Vivat honesta tori consors, & pignora vivant,*
Ut faciunt, faciant & bene sponte Bonis.

Volquinus Episcopus Mindensis. Volquinus Episcopus Mindensis litem inter Conventum Molebeccensem ex una, & Arnoldum Militem de Afforde ex altera parte. de solutione trium talentorum denariorum Hamelensium ad officium Hachmulenum pertinentium, & Monasterio Molebeccensi ex debito exolvendorum, anno millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, in vigilia Iohannis Baptistæ diremit.

Adelheidis Blanckeninck, & Adelheidis filia sororis eius Elisabethæ Domum ac mansum in Imesen, prope castrum Vornholdense, cum omnibus suis pertinentiis Monasterio Molebeccensi, anno millesimo trecentesimo tricesimo quinto, resignarunt. His autem, proh dolor! amplius non gaudet.

Imesen.

Conradus, Arnoldus, Gerhardus, Bodo, & Heinricus de Windinghausen consensu Domini Iohannis Comitis Wunstorphiensis præpositæ in Molebecca & Capitulo ibidem Molendinum in Villa Eckerstem, anno millesimo trecentesimo vigesimo sexto vendiderunt. Villa, tres mansi, &

Molendinum in Eckerstem.

& duæ caſæ in Weſtentorph conſenſu Comitis Schaumburgenſis anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo, die Philippi & Iacobi Apoſtolorum, Monaſterio Molebeccenſi vendita ſunt. *Weſtentorph.*

Sacellum Othbergenſe, Divæ Mariæ Virgini conſecratum, innumeris pene bonis, villis, caſis, agris, campis, paſcuis, pratis, decimis, &c. a promiſcuis Nobilibus, Civibus, Villicis & aliis donatum, & Monaſterio Molebeccenſi reſignatum eſt. Sacellum adhuc in ſua poteſtate habet. Verum multis eiuſdem bonis contra omnem iuris æquitatem privatum eſt. *Othberga.*

Demonſtratio quorundam agrorum vectigalium Sacelli Othbergenſis ab Abbatiſſa Mechtilde, & a Capitulo ad Divum Iohannem Mindæ, anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo, in octavis paſchatos Capitulo Molebeccenſi facta eſt. *Mechtilde Abbatiſſa.*

Duodecim iugera in Othberga octo Marcis, anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio, a Molebeccenſibus empta ſunt.

Curia una, quatuor manſi, & tres caſæ, quibus Altare Iohannis in Eccleſia Molebeccenſi dotatum eſt, ad hoc ſacellum anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto in aſcenſione Domini acceſſerunt. *Altare Iohannis.*

Quomodo ius Abbatiſſæ, quod habuit in prædictis illis bonis Othbergenſibus, eodem anno illi de Rottorph ſibi decem Marcis in uſum Eccleſiæ compararint, literis proditum eſt.

Literæ proteſtationis, quod Iohannes & Cunradus

Collatio Curiæ in Othberga. Dommeirs dimiserint quandam Curiam & tres mansos in Othbergen, & Arnoldo de Vornholth ad vitam ipsius tantummodo nec diutius, illo defuncto Capitulo Molebeccensi, anno millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in die Philippi & Iacobi Apostolorum contulerint.

Stein-brun-torph. Duæ curiæ in Steinbruntorph quinquaginta marcis Hervordiensibus ad usum Altaris S. Annæ, anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, à Molebeccensibus emtæ sunt.

Ex hoc Monasterio quotannis quadraginta octo modii frumenti Hervordienses partim siliginis, partim avenæ reddi solebant. *Curiæ in Steinbruntorph venditæ.* Incolæ autem harum curiarum nostro Monasterio negligentia canones annuos solvendi quamplurima damna intulerunt, quo circa ob eorum perfidiam, & malitiam de necessitate venditi sunt.

Quanta sit infidis hodie perversa Colonis
Perfidia, in promptu est, res neque teste caret.

Suthmer-sen. Decimæ, & Domus in Suthmersen Parochiæ Valtorphiensis Capitulo Molebeccensi, anno millesimo trecentesimo nono, octodecim marcis Hervordiensibus vendita sunt, ex quibus adhuc Monasterium suum canonem recipit.

Rottor-phium. Venditio tertiæ partis mansorum in Othbergen Capitulo Molebeccensi anno millesimo trecentesimo sexagesimo, die B. Agathæ virginis acta.

Venditio tertiæ partis curiæ in Othbergen & unius mansi Rottorphii, anno millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, die ipso Andreæ Apostoli instituta.

Man-

Mansus unus in Othbergen anno millesimo trecentesimo, octuagesimo octavo in octavis Paschatos à Molebeccensibus emptus.

Villa in Honrade cum duobus mansis Capitulo Molebeccensi anno millesimo trecentesimo octuagesimo quinto vendita. *Honrade.*

Villa in Goestorph Capitulo Molebeccensi octo marcis anno millesimo trecentesimo octuagesimo septimo vendita. *Goestorph.*

Privilegium Othonis Senioris Comitis Schaumburgensis omnibus & singulis statibus comitatus sui sub sigillo, anno millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, feriis quintis ante S. Catharinæ festum communicatum. *Otho Senior.*

Permutatio agrorum in campis Othbergensibus cum Ludolpho de Rottorph, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, in octavis Epiphaniæ per Molebeccenses facta.

Instrumentum ostensionis agrorum spectantium ad curiam dictam der Meyerhof zu Othbergen anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto institutum. *Instrumentum.*

Permutatio cum Decano & Capitulo Mindensi in campis Othbergen, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, die vicesimo secundo mensis Aprilis facta.

Instrumentum ostensionis decimarum in campis Othbergen, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, die vicesimo tertio Aprilis factum.

Prior, & Conventus Molebeccensis Iohanni von Silen, Canonico, & Seniori ad Divum Bonifacium Hameloæ & Matthiæ fratri eius, civi ibidem bona in Selexen in *Iohannes von Silen. Selexen.*

Dynastia Eversteinensi in Parochia Maioris Berckſen prope Hameloam, ad vitam contulerunt, quibus demortuis ad Monasterium Molebeccense anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto redierunt. Bona hæc in Selexen Monasterio Molebeccensi contra ius, fas & æquum iam denegantur, etiamsi multoties, ultimo autem anno 1577. septimo Iunii requisita sint.

Cuncta Deus videat præsens, & indicet ultor,
Vindicta est ipsi sola ferenda mali.

Hattelen. In Hattelen Monasterium Molebeccense decimas & alia quam plurima bona, partim emta, partim liberali dono data ab annis millesimo trecentesimo, anno millesimo quinquagesimo, anno millesimo quadringentesimo tricesimo, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto literis sigillatis ordine signata, iure possedit. Ah iam parum, vel plane nihil possidet.

Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo, die Gregorii Papæ & Confessoris, Monasterium Molebeccense Decimas in Hattelen, a Nobilibus de Münchhausen, nimirum Ludolpho, Nicolao, Theodoro & Eberhardo fratribus & filiis Ludolphi de Münchhausen, cum consensu Alberti Episcopi Mindensis, quadringentis florenis sub pacto retrovenditionis emit, quas iure hypothecario undecim annos collegit, anno vero 1481. die S. Augustini in præsentia Heinrici Episcopi Mindensis, & Erici Comitis Schaumburgensis à dictis de Münchhausen, eadem summa redemtæ sunt, quo tempore Monasterio dimidiam Decimarum partem in Steinberg restituerunt, quam Molebeccenses emerunt, Comes autem Otho libertate donavit, privilegioque munivit.

Restitutio Decimarum in Hattelen.

Steinberg.

Litera

Literæ concordiæ inter Conventum Molebeccensem & Ludolphum de Münchhausen / consensu Heinrici Episcopi Mindensis, de quibusdam Decimis in Hattelen anno 1481. scriptæ, Monasterioque communicatæ,

Eidem Ludolpho de Münchhausen, tunc temporis Possessori Arcis Arnsburgensis Hermannus de Stralen, Prior, & Conventus Molebeccensis dimidiam partem Decimarum in Steinberg, quinquaginta florenis oppignorarunt.

Dimidia pars Decimarum in Steinberg.

Ille autem ex singulari pietatis zelo, & affectu chirographum nostro Monasterio Molebeccensi non solum donatione ultro restituit, verum etiam dictas decimas in testamento, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, mortificata, pecuniæ summa ipse legavit & donavit. Decimæ autem illæ negligentia Vasallorum Gogrevianorum a Monasterio abalienatæ sunt.

Donatio Ludolphi de Münchhausen.

Hæ M. Iohanni Gogreven Cancellario Schaumburgico primitus collatæ fuerant, post hunc illius filiis, ex quibus Georgius Gogreve ultimus hisce investitus erat, cuius incuria Decimæ illæ nobis ereptæ sunt.

Incuria Gogrevianorum.

Colligimus Decimas ex Campis Hattelen omni
Iure, quod ante diu nostri habuere patres.
Sint ibi multa licet nobis bona rapta, supersunt
Scripta tamen nostris iura priora libris.
Crede mihi, ultrices anima cum corpore pœnas
Quas meruere luent, qui rapuere bona.
De raptis Christi Raptoribus ante Tribunal
Reddenda est ratio cum gravitate minax.
Tartareos ibunt, ni restituantur, in ignes,
Sacratum contra ius bona rapta Dei.

Qui rapuisti aliquid, rapias nihil amplius, heus tu
Si rapies contra ius, maledictus eris.
Sed mox restituas potius bona rapta, nec unquam
Te pigeat nobis restituisse bona.
Sic benedictus eris, fueris modo fidus adhærens
Speque fideque Deo mortis ad usque diem.
His sese tactos scriptis qui forte putarunt,
Emendent vitæ facta priora sua.

Innocentes hic in universum excipiuntur, qui sese autem reos æstimant, restitutis bonis pœnitentiam agant, peccatum enim non dimittitur, nisi ablatum restituatur.

Anno millesimo quadringentesimo decimo quarto, ipso die omnium Sanctorum, Iohannes Dommeier triginta florenis toti conventui Molebeccensi prædium Domhoff. dictum Domhoff vendidit.

Vendidit ille volens, dedit ac bona plurima nostris
Patribus, Hæredes fecit eosque suos.
Huius ad officium Nemus Eldagiense, Silexen
Cum Pago, & villa pertinuisse liquet.

Nemus illud antiquitus appellatum fuit der grosse Rogken Kamp bey dem Nulle.

Pagus adhuc noster, Nemus Eldagiense sed una
Cum villa venum proh dolor ære datum est.
Ad qui sunt nostri vi magna ex parte coacti
Maiores, quod iam flet Molebecca petens.
Ære sibi invitis ut restituantur eodem
Vendita collegis, hisce carere nequit.
Non solum hic, alii multi sed & ampla bonorum
Cœnobii sanctis dona dedere viris.
Multa tenemus adhuc quorum, sed plurima, nobis
Rapta, quod ipse Deus vidit, & ultor erit.

Raptores odit, væ væ Raptoribus! illos
Pœniteat rapti ni, mala facta luent.
Authores illis sumus ut resipiscere discant,
Dum locus est veniæ, restituantque bona.

Hi qui facti huius reos se esse æstimant hic tanguntur.

Quod bona rapta sient nobis quamplurima certum est,
A quibus, incertum, quid iuvat ergo queri?
Nos miseratur, item nostri miserebitur, unquam
Rex rerum nobis nilque negabit opum.

Hæc de veteribus Monasterii Molebeccensis privilegiis, & bonis, quorum quædam adhuc tenet, quædam amisit; Nunc de novis.

Translatio Monasterii Molebeccensis per Illustrissimam Sophiam de Domo Ducum Brunsvicensium, dicti Monasterii Abbatissam ultimam, in manus Alberti Episcopi Mindensis. Hic Albertus eiusmodi resignationem recepit, Venerabili Patri Priori in Bödeke Diœcesis Paderbornensis Arnoldo ab Huls tradidit, concessit & obsignavit, cum omnibus iuribus & privilegiis, libertatibus, bonis mobilibus, & immobilibus, terris, agris, cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarum decursibus, viis, inviis, reditibus, pensionibus, & eorum pertinentiis, iussitque ut Patrem Priorem, Subpriorem, Procuratorem, aliosque ibidem Collegas, & Fratres anno millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, die lunæ secundo Mensis Maii convocaret, constitueret & institueret, idque feliciter successit, ut, Deo optimo maximo laus & gratiarum actio, dies hodierna docet, & comprobat.

Translatio Monasterii Molebecensis.

Otho Comes. Consensus Othonis Comitis Schaumburgensis, translationis, & assumptionis Monasterii Molebeccensis, & remissio annuarum collectarum propric Rauchgeld, & omnis servitutis iudicio extra Monasterium sub Tilia secus viam stante quotannis servando sibi, sine Molebeccensium præiudicio, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, in festo visitationis Mariæ virginis, reservato.

Privilegium eiusdem, quod Canonicis Molebeccensibus omnia sua in Comitatu ipsius sita munire liceat, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, die Hieronymi Presbyteri & Doctoris, *communicatum.*

Berndessen/ Welsede. Consensu eiusdem Bona in Berndessen Welsede, & cœteris locis sui districtus Monasterii Molebeccensis libera esse, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio *approbatum* est.

Privilegium Othonis Comitis Schaumburgensis, quo Monasterio Molebeccensi ab antiquo tempore libertatem in Dominio Sternberg pecudes pascendi, & ligna ad ædificia construenda cædendi, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, in profesto Divi Andreæ Apostoli, concessit.

Instrumentum, & recognitio eiusdem fide dignorum super iure & libertate in Comitatu Sternbergensi anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto concessa.

Bernhardus Comes Lippiacus. Privilegia approbationis, & ratificationis eiusdem iuris, & libertatis à Domino Bernhardo Comite Lippiaco, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, Monasterio Molebeccensi datum.

Li-

Literæ resignationis, & extinctionis certi beneficii Hebdomiariatus à Nicolao Morman Hebdomodario, in Molebecca per Albertum Episcopum Mindensem, Monasterio Molebeccensi, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, ipso die Matthiæ Apostoli collatæ.

Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo Arnoldus & Heinricus von Hovenhausen, fratres villam in Herbrechtorph, ubi decimas collegimus, communi conventui Molebeccensi cum omni usu pure donaverunt. *Herbrechtorph in Parochia Ludenhusana.*

Privilegium Domini Iohannis tituli sancti Angeli Cardinalis, quod omne ius Canonicarum secularium ad Canonicos regulares in Molebecca præsentes, & futuros devolutum sit, omnisque impuritas interventa abolita, & omne quod per Albertum Mindensem factum est, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, authoritate Apostolica approbatum & confirmatum est. *Iohannis Cardinalis.*

Consensus Alberti Episcopi Mindensis, quo Ecclesiam forensem, Divo Nicolao consecratam, per Volquinum Episcopum Mindensem extantem, ante Monasterium demoliri vel retineri, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, feriis sextis ante Dominicam Palmarum, permisit. *Parochia forensis.*

Volquinus Episcopus Mindensis Baptistetium ex hac Ecclesia forensi ad Ecclesiam conventualem Molebeccensem, anno millesimo ducentesimo octuagesimo primo, quinto Februarii transferendum ultro concessit. Voluit idem, ut deinceps in eadem Ecclesia omnia Ecclesiastica Sacramenta fideliter dispensarentur. *Volquinus.*

Stöcken/ Stöcker-marck. Fridericus Post pagum Stöcken, cum mansis, curiis, decimis ubilibet sitis, totum item prædium, vocatum de Stöckermarckt cum omni iure in singulis prædictis habito Monasterio Molebeccensi centum florenis, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, feriis quartis Pentecostes vendidit. His bonis de facto privati sumus. Pacificatio prædii Stöckermarckt ab eodem ita facta, & transacta, ut hoc Monasterium Molebeccense pro suo commodo ligna secando, pecudes pabulando, ac agros seminando uti posset ac deberet eodem anno.

Nicolaus Cusa Cardinalis. Privilegium Domini Nicolai Cusæ, tituli Sancti Petri ad vincula Cardinalis, personaliter Mindæ constituti, quo tempore suæ legationis literas Alberti Episcopi Mindensis tunc temporis ibidem existentis, & adhuc viventis fundationis, & translationis Molebeccæ, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, die Mercurii quarto Mensis Augusti, authoritate Apostolica approbavit, & confirmavit.

Gesa Buckenhausen. Gesa Buckenhausen, Mater Arnoldi Buckenhausen, fratris nostri dilectissimi, in tertio incendio misere collapsi, cum consensu Domini feudi Heinrici Reckbocks viginti quatuor florenis Rhenanis superioribus, sex modios siliginis, & sex modios avenæ in Windelinghausen prope castrum Sternbergense Lemgoviæ in ædibus nostris, ab Arnoldo fratre nostro nobis donatis exhibendos anno 1458, vendidit.

Heinrichsberg/ Rantzenberg/ Ludolphus von Eltzen Monasterio Molebeccensi viginti florenis den Heinrichsberg, den Rantzenberg und Wigandsberg,

rg, anno millesimo quadringentesimo Wigandes-
xagesimo, die Michaelis Archangeli pro- berg.
rie vendidit: Heinrichsberg und Wigandesberg,
obis adhuc sunt, Rantzenberg autem nobis à Reinco
e Wendt cum multis aliis bonis, de facto ereptus est.

Privilegium Othonis Comitis Schaum- *Piscina Molebeccenses.*
urgensis pro piscinis im Westersfelde, à
Molebecca usque ad vallem die Dustergrundt, dictam
ffodiendis, Monasterio Molebeccensi anno millesimo
uadringentesimo sexagesimo, die Petri & Pauli Apo-
tolorum concessit.

Privilegium Bernhardi Comitis Lippiaci circa pisci-
nas effodiendas, nempe duas magnas auf dem Weß-
erfelde an die Dustergrundt für den Hofferlingen,
odem anno. Privilegium eiusdem pro aliis piscinis ef-
fodiendis anno millesimo quadringentesimo sexagesi-
mo eodem die concessum.

Facta ex piscinis sunt florida prata duabus, Der gros-
Apta satis foeno prima manebit, ut est, se Teich.
Altera multo iterum sed pisce natabitur undis
Lene fluens, fœni non satis apta solo.
Tertia de facto direpta hostiliter, ipso
Iure tamen Dominis restituenda suis.
Penna Aquilæ volucrum tanquam consumere mixtas
His stolida pennas conditione solent.
Sic, mihi crede, vorant bona spiritualia sensim
Terrena hisce dolo mixta, trucique manu.
Nàm male parta malo, male dilabuntur in usu
Ulla exaugeri nec ratione queunt.
Quod non mentitis facti experientia verax
Rebus, & exemplo testis ubique probat.
Mille ubi sexcenti post partum virginis anni
Viginti & vicibus sex iniere suis.

Rudolphus Trachter Pater Prior.

Nostra restaurata est maior piscina Rudolpho
Trachtero, & multis piscibus aucta Patre.
Crescat, & augescat, pinguescat & inde per omnes
Piscibus hebdomadas nostra culina quater.
Lippiaci iussu Comitis vicina Simonis
Nostra olim, simili quatificata modo est.

Posteosee Papenmender.

Privilegium Bernhardi Comitis Lippiaci de fossis purgandis & renovandis pro piscinis emittendis circa Posteosee am Papenmender annuit supra in die cinerum.

Heinricus Post.

Heinricus Post Monasterio Molebeccensi quartam partem omnium pratorum, ad officium Rottorphiense pertinentium, cum iuribus, & attinentiis suis eorundem, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, die omnium Sanctorum vendidit.

Heinricus Post Monasterio Molebeccensi mediam partem omnium pratorum, quæ illi & Ludolpho von Ebetze in divisione ceciderunt, quando cum Burchardo dividebat, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto vendidit.

Uchthorp/ Branckenhagen/ *alias* Hampenbruch.

Villæ in Uchtorph & Kranckenhagen anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto Monasterio Molebeccensi venditæ sunt.

Fridericus III. Roman. Imperator.

Privilegium approbationis, ratificationis, innovationis, & confirmationis Friderici, eius nominis tertii, Romanorum Imperatoris, omnium privilegiorum à Divis Imperatoribus, & Regibus suis Antecessoribus, & per-

sonis

nis cuiuſcunque ſtatus, gradus, præeminentiæ vel gnitatis, Monaſterio Molebeccenſi habilitationum Priis, quo ad bona feudalia conferenda, & eadem bona io ad certa puncta ad utilitatem eiuſdem Monaſterii nvertenda, cum aliis in eodem contentis, anno milſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo, Regni omani viceſimo nono, Imperii decimo ſeptimo, Hunariæ vero decimo, conceſſum.

Ericus Comes Schaumburgicus.

Privilegium approbationis, confirmaonis, innovationis, ſingularis conceſſiois, & indulti Nobiliſſimi Domini Erici omitis Schaumburgenſis, omnium privigiorum Monaſterio Molebeccenſi per Doninum Othonem patrem eiuſdem conceſum. In hoc privilegio iudicium ante Moaſterium Molebeccenſe quidem, non auem contra perſonas Monaſticas, neque illius bona xercendum, ſibi reſervavit, ut & omnes Comites Schaumburgenſes. Iudicium hoc ſub Tilia extra Monaſterium ſingulis anuis ſervabatur, partim vero incuria officiariorum Schaumburgenſium, partim belli tumultibus plane abrogatum eſſe videtur, cum in & à multis annis non ſit ſervatum, optandum tamen eſſet ut renovaretur. Datum hoc privilegium anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, die Urbani Papæ & Martyris.

Iudicium extra Monaſterium.

Ædificatio Molendini in Eckerſten.

Conſenſus Erici, & Antonii Comitum Schaumburgenſium, ſuper ædificationem Molendini in Eckerſten anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo datus. Eodem anno & die conſenſus Bernhardi Comitis Lippiaci ſuper ædificatione Molendini in Eckerſten. Eodem anno, in profeſto

Emtio Molendini in Eckerſten.

au-

autem Nativitatis Mariæ virginis, Otho & Ludolphu Fratres, Antonii & Othonis ab Eckersten filii, Mona sterio Molebeccensi hæreditarium suum Molendinum in Eckersten ducentis & viginti florenis Rhenanis, libe rum sine ullo onere vendiderunt.

Ex Pago Eckersten Monasterio Canones frume tarii ab ipsis villicis, & colonis, gallinæ & ova quotan nis solvuntur. Quam frigide autem solutio subsequa tur, plus quam notorium est.

Iohannes von Möl-lenbeck. Literæ de certis bonis in Silexen emti à Iohanne von Mollenbeck, quæ vulga riter sic nominantur der Teichhoff, De Hoff zu Heppendorph, prope Silexen, noch ein an der Hoff, der auch der Hoff zu Heppentorph genand wird, der Lucksberg, der Vogelsanck/ der Rathau wersberg, das Gosingstorffbruch anno millesimo qua dringentesimo octuagesimo Molebeccensibus tradita, literæ quidem traditæ sunt, de bonis autem nobis ni hil constat.

Emtio bonorum quartæ partis officii Rottorphiensis. Ex Pago Silexen Monasterio quotannis canones frumentarii, gallinæ, & ova pen duntur quidem, sed nimis tenaciter. Lite ræ seu Catalogus omnium bonorum ad quartam partem officii Rottorphiensis per tinentium, quæ Conventus Molebeccensis à Ludolpho von Eltzen ducentis florenis, anno millesimo quadrin gentesimo octuagesimo tertio, die Ambrosii Episcopi & Doctoris proprie emit.

Literæ emtionis bonorum Ludolphi von Eltzen de bonis tertiæ partis officii Rottorphiensis anno millesi mo quadringentesimo octuagesimo tertio, die Ambro sii Episcopi & Doctoris Monasterio Molebeccensi sex centis florenis venditis.

Literæ

Literæ emtionis quartæ partis officii Ottorphiensis à Vincentio Berner ducentis florenis, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, Sabbatho post corporis Christi festum. *Vincentius Berner.*

Literæ emtionis mediæ partis Domus Monasterii Molebeccensis in Rinthlen à Buchis quadraginta quinque florenis, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, die Luciæ virginis. *Emtio Domus nostræ in Rinthlen.*

Literæ Reipublicæ Rinthelensis super libertate habitantium Curiam & Domum Molebeccensem in Rinthelen anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, octavo die post trium Regum. *Privilegium Domus nostræ in Rinthelen.*

Privilegium Erici, & Antonii Comitum Schaumburgensium pro lapicidinis in monte Bückeberg effodiendis, & libere ad Monasterii ædificia extruenda & reparanda usurpandis, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, die Fabiani & Sebastiani Collegio Molebeccensi donatum.

Privilegium Dn Heinrici de Schaumburg Episcopi Mindensis, quo omnia, quæ quondam per Albertum Episcopum ibidem Monasterio Molebeccensi cum cœteris aliis optimis clausulis, & punctis, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto approbavit. *Heinricus Episcopus Mindensis.*

Consensus Erici Comitis Schaumburgensis super omnia, & quæcunque alia feudalia, quorum sua interfuit, nos investire, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto Monasterio Molebeccensi oblatus.

Hic Comes Villam in Asentorph prope Budenhausen privilegiatam dictam, Nol- *Villa in Asentorph.*

ken

Latrans-hoff *litera.* ten Latranshoff Monasterio Molebeccen ex gratia, anno millesimo quadringentesim octuagesimo octavo, contulit & donavit. Villa hæc Molten Latrans, paterna fuit hæreditas, & Comitum Schaun burgensium feudum, ab hoc cum omnibus suis pertinentiis consensu & collatione Erici Comitis Schaun burgensis, ut Domini Feudi, hæreditarie ad nos pervenit, pro quo Monasterium præfatum Molten Latrans ad vitam liberaliter sustentavit.

Villa in A-sentorph Topshoff litera. Ibidem anno millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo Monasterium Molebeccense villam dictam Topshoff à Ludolpho Schnellen civi Lemgoviensi, & Gesa uxore eius dato precio emit, Decimas ibidem colligendas Monasterium curat, quinque quoque censitas habet, qui canones frumentarios, gallinas & ova reddere tenentur. Qui autem hæc reddant, in propatulo est.

Heilbeck. Literæ concordiæ seu translationis inter Conventum Molebeccensem ex una, & fratres Westphalen ex altera parte super discordia officii Heilbeccensis, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, die Simonis & Iudæ Apostolorum, scriptæ ac promulgatæ.

Hofferlinge/ Heinemans-Werder. Permutatio bonorum Hofferling & Heinemans Werder, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, facta. Abdicatio omnis iuris, & impetitionis, si qua in istis bonis Hofferling & Heinemans Werder fuerunt, per Iohannem Buschium Thesaurarium Basilicæ Mindensis, & Clamerum eius fratrem, quorum fenestra adhuc in transitu nostro ab ipsis donata

Iohannes & Clamerus Buschii fratres.

con-

onspicitur, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, facta & publicata.

Literæ renunciationis sive impetitionis Domini Bernhardi Comitis Lippiensis super duabus villis in Asendorph, Latrans & Topshoff anno millesimo quadringentesimo nonagesimo, Dominica ante Margrethæ virginis festum publicatæ, Monasterioque Molebeccensi ultro communicatæ. Duo illæ villæ nulli mancipio, sed nobis liberæ sunt.

Antonius Comes Schaumburgicus.

Privilegium approbationis, confirmationis, innovationis, singularis concessionis, & indulti Nobilissimi Antonii Comitis Schaumburgensis, omnium privilegiorum quondam Monasterio Molebeccensi concessorum, de verbo ad verbum supradicto privilegio Erici Comitis Schaumburgensis respondens, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, die Antonii Confessoris, concessum.

Privilegium Domini Bernhardi Comitis Lippiensis super ligneta, seu sylvas Molebeccenses in ipsius iurisdictione, videlicet Bramberg, & alias cum multis aliis bonis & lignetis à Reinero de Wendt per spolium, contra omne ius & æquum, de facto Molebeccensibus erepta, nec unquam restituta, non autem in Comitatu & Iurisdictione Schaumburgensi sita, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, die Michaelis Archangeli exhibitum. Privilegium hoc Buckeburgum postulatum nec restitutum.

Quæritur, num quis in alieno territorio, ubi nihil iuris, nihil proprietatis, nihil denique bonorum unquam habuit, nec habet, super quædam bona, quæ eius territorii vel alterius sunt, privilegium alicui dare possit. Respondetur quod non; Idem de hoc privilegio iudicandum est.

Que

Quo autem titulo ius compascui Vornholdenses in nostris sylvis acquisierint, adhuc sub iudice lis est.

Anno 1558. den 20. Septembris den Altsassen im Flecken Vornholtz ist nach altem Gebrauch und nicht nach Rechte zu Mastzeiten einem jedern zwey Schweine in der von Molebeck Gehöltze zu treiben, erlaubet, als Hansen Köstken, Wessel Fischern, dem alten Paul oder seinem Sohn Anthon, Hansen Prützen, Corden Schumachern, Simon Barde, den newen eingebawten weil die in kurtzen Jahren da gebawet und etliche ausserhalb des Fleckens wonen, hat man nichtes zu treiben bewilligen können, jedoch aus Bitte des jüngern Herrn Graff Simons und S. G. Rahte die von Mollenbeck J. G. und den Herrn Rähten zu Ehren und Gefallen, den newen eingebawten Fleckleuten zu Vornholtze einem jedern das Jahr alleine und weiters nicht, ein Schwein zu treiben, erlaubet haben, doch cum protestatione: daß dadurch darnach sie kein Recht sich wircken oder gewinnen sollen, und seind die newen eingebawte Leute gewesen, Bartholt Sasse, Martin Loineker, Friederich Schweins Frawen, Steffan Schaper, Cordt Stallmeister, Arndt Koch, Arndt Schötker Hofmeister, Cordt Schmidt, dabey denn auch fürabscheidet, daß keinen Leuten mehr ins Fleck zu bawen gestattet werden solle, und da das geschehe, sie zu der Mast keine Gerechtigkeit haben sollen, und ist diß also bewilligt, deßgleichen von dem itzigen regierenden Herrn Graf Simon confirmirt. Weil auch nun den Herrn zu Vornholtz befür auf dem Kirch-Berge bis an die Niederen Mühlen, die von Mollenbeck mit ihren Schweinen gehütet, die werden aber denselben geleinet. Und die von Mollenbeck gebeten, sie

e damit zu frieden sein, und dagegen in ihren Ge-
ölzen einen Ort aussehen, und für sich alleine be-
alten möchten, daß es denn auch zumalen billich
were, daß das eine gegen das ander gehalten und für
rey gelassen würde, wie es damals gewesen, immaß-
en sie es auch selbst für billich erachtet, daß man ja
inen Ort im Gehege haben möchte, daraus man
chlachten könte, ist also das alte Heineholtz darzu ge-
nommen. Nun treiben die Herren mit in das alte Hei-
neholtz, were wohlbillich, daß die von Mollenbeck
gleichfalls mit auf den Kirchberg bis an die Niedern
Mühlen, wie fürhin geschehen, treibeten, das will
man ihnen aber nicht gutheissen, wird sich aber zu
Rechte wol finden.

Ludolphus de Münchhaussen Monasterio Molebec-censi septingentos florenos Rhenanos, Reipublicæ Brunsvicensi anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, die Ambrosii Episcopi mutuo datos, in usum Casularum, seu sacrorum palliorum, Calicum & reliquarum rerum sacrarum Monasterio Molebeccensi, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, die Mercurii post Gervasii, & Prothasii Martyrum per literas sigillatas Zelo pietatis donavit, in quod filii eius Balthasarus Iuris Doctor, Statius & Heino fratres de Münchhausen, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, in profesto Annuntiationis Mariæ consenserunt. Respubca autem Brunsuicensis hanc donationem approbavit, stipulataque est sese Monasterio Molebeccensi summam dictam reposcenti persoluturam, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, die S. Blasii. Summa hæc iam pridem, proh dolor! *Respublica Brunsuicens.*

in extrema Monasterii necessitate repostulata, in quem usum nos latet.

Privilegium approbationis, confirmationis, innovationis, singularis concessionis, & indulti Nobilissimi Domini Iohannis Comitis Schaumburgensis, præfatorum Erici, & Antonii fratrum privilegio in universum consonum, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, die Bricii Episcopi & Confessoris Monasterio Molebeccensi oblatum.

Iohannes Comes Schaumburgicus.

Villam in Ludenhausen ab Hermanno Wreden Consule Lemgoviensi, & Bertha eius uxore, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, feriis tertiis post festum annuntiationis Mariæ, Monasterium Molebeccense emit, ex quo novem modii hordei & novem modii avenæ Monasterio reddi solent.

Villa in Ludenhausen des Helckers Hof.

Eodem anno, Dominica vero post Martini Episcopi festum, privilegium Domini Iohannis Comitis Schaumburgensis, quo diversæ immunitates Molebeccensibus conceduntur.

Iohannes Comes Schaumburgicus.

Metta, Bernhardi Dettardingii civis Lemgoviensis vidua, domum suam, & hortum duorum iugerum, tres partes in villa Sehausensi, tria iugera, & ius suum villæ Welsentorphii in Parochia Tallensi sitæ, Monasterio Molebeccensi anno millesimo quingentesimo sexto resignavit, & donavit.

Metta, Bernhardi Dethardingii vidua.

Monasterium duabus vicibus Reipublicæ Brunsuicensi, anno millesimo quingentesimo, die Mercurii post iubilate mille & cen-

Respublica Brunsuicensis.

centum, secundo, anno millesimo quingentesimo decimo, in Profesto S. Martini Episcopi mille & ducentos florenos mutuos dedit. Verum enim vero de his florenis nobis iam ad gubernacula Monasterii Molebeccensis sedentibus, & viventibus omnino nihil constat.

Statius de Münchhausen Monasterio Molebec. duo millia florenorum & ducentos debet.

De hoc autem nobis optime constat, Statium à Münchhausen, Hilmari filium, duo millia florenorum & ducentos, & ab aliquot annis pensiones debere, neque illos hucusque nobis potuisse vel potius noluisse persolvere. Exactionem autem horum nostris posteris committimus, illos serio admonentes, ut summam cum omni interesse, usuris & impensis vel ab ipso vel ab ipsius hæredibus strenue exigant, neque vel obulum quidem illis remittant. Ecclesiasticum enim & liquidum est debitum.

Literæ Francisci Episcopi Mindensis, Ducis Brunsuicensis & Lunæburgensis, quibus pro centum florenis Rhenanis ipsi numeratis Collegio Molebeccensi abs quavis exactione immunitatem anno millesimo quingentesimo decimo octavo, die decollationis Iohannis Baptistæ promisit.

Carolus V.

Privilegium approbationis, ratificationis, & confirmationis Caroli V. Romanorum Imperatoris omnium privilegiorum, à Divis Imperatoribus Monasterio Molebeccensi concessorum, ut in privilegiis Friderici III. habetur, anno millesimo quingentesimo vicesimo secundo concessum.

Franciscus Episcopus Mindensis.

Privilegium Francisci Episcopi Mindensis, Ducis Brunsuicensis & Lunæburgensis,

 quo

quo personæ, res & negotia Monasterii Molebeccensis in Episcopalem tutelam anno millesimo quingentesimo vicesimo sexto suscipiuntur.

Carolus V. Carolus V. Romanorum Imperator, semper Augustus Clerum Mindensem, & omnia Monasteria, Collegia, & communem clerum per universam Diœcesin Mindensem, Monasteria, item Mölebeck, Bischbeck, Obernkirchen, Egestorff, & Monasterium Rinthelense den Stifftshoff & reliqua sub imperialem protectionem recepit. Horum Tutores nominavit, & constituit Archi-Episcopum Coloniensem, Episcopum Osnabruggensem, Principes Electores, Duces Clivenses & Brunsuicenses, & reliquos Romani Imperii Principes anno millesimo quingentesimo tricesimo, anno regni eius Cæsarii decimo, Imperii vero decimo quinto datum.

Iodocus Comes Schaumburg. Confirmatio privilegiorum, & immunitatum Molebeccensium anno millesimo quingentesimo vicesimo, Dominica Lætare per Iodocum Comitem Schaumburgensem collata.

Adolphus Comes Schaumburgicus. Alia confirmatio omnium & singulorum privilegiorum Molebeccensium præcedentium, anno millesimo quingentesimo tricesimo secundo per Adolphum Comitem Schaumburgensem facta.

Alia confirmatio privilegiorum Domini Iohannis Comitis Schaumburgensis proximæ omnino consona, anno millesimo quingentesimo tricesimo quarto, die Trium Regum, communicata.

Adolphus Coadiutor Coloniensis. Privilegium Adolphi Comitis Schaumburgensis Coadiutoris, & hinc Archi-Episcopi Coloniensis, & Iohannis fratris eius,

Stati-

Statibus Comitatus Schaumburgensis sub eorum manibus & sigillis, anno millesimo quingentesimo tricesimo nono exhibitum.

Privilegium Othonis Comitis Schaumburgensis, Statibus Comitatus eiusdem anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, sub eius manu & sigillo publicatum. *Otho Comes Schaumburg.*

Conservatorium Maximiliani, eius nominis secundi, Romanorum Imperatoris semper Augusti, pro Clero Diœcesis Mindensis, proque Monasteriis Mollebeck, Fischbeck, Obernkirchen/ Egestorff & Stifftshoff in Rinthelen. *Maximilianus II.*

Horum Tutores Archiepiscopum Coloniensem, Episcopum Osnabruggensem, Principes Electores, Duces Clivenses & Brunsuicenses, aliosque Imperii Principes anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Imperii Romani quinto, Hungariæ quarto, & Bohemiæ decimo nono nominavit, & constituit. *Tutores Molebeccensium.*

Privilegium Comitum Schaumburgensium, Hermanni, Adolphi, Antonii & Ernesti. Hermannus confirmatus Episcopus Mindensis, Antonius Decanus Coloniensis, & Adolphus fratres, & Elisabeth Ursula Principissa Brunswicensis & Lunæburgensis, Comitissa Schaumburgensis vidua, nomine Infantis Ernesti omnia & singula Collegii Molebeccensis privilegia, literas sigillatas omnes, contractus & pactiones inter Othonem Patrem eorum, & Molebeccenses facta, & instituta, anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo confirmaverunt. *Hermannus, Adolphus, Antonius, Ernestus, Comites Schaumburg. fratres.*

Adolphus Comes Holsatiæ, Schaumburgi *Adolphus.*

gi & Sternbergæ, Dominus in Gehmen, omnia & singula Monasterii Molebeccensis privilegia, omnes alias literas sigillatas, & pactiones inter Othonem patrem eius, & Molebeccenses olim institutas, anno millesimo quingentesimo octuagesimo octavo confirmavit.

Non dubium est quin & Generosus noster Comes Iustus Hermannus eadem sit confirmaturus.

Sint maledicti, illis qui nos privare laborant,
Mutare & nostræ pristina iura Domus.

Privilegia, vetera, & nova, literæ sigillatæ omnes, constituta, pactiones, emtiones, venditiones & donationes Monasterii Molebeccensis, Laus superis Genitoribus, illæsa adhuc & optime custodita, servantur, & servabuntur, nisi Deus ob peccata nostra iusto iudicio nobis adversaturus sit.

Encomium Hermanni, Adolphi, Antonii & Ernesti Comitum Schaumburg. fratrum;

Quæ manibus, nec non confirmavere sigillis
Schaumburgi Comites, scilicet Otho parens.
Virtute illustres natique, Hermannus, Adolphus,
Antonius, magni nomine reque Viri.
Quod declararunt gestis bene rebus, & actis
Præclare factis, Martis, & artis ope.
Sed quid Martis opem dico? quid & artis? avitum
Nomen eis pietas fecit, & æqua fides.
Obvia res odiis quanquam liberrima virtus
Illustravit eos, & super astra tulit.

Elisabetha Ursula.

Approbat Elisabeth tunc temporis Ursula mater
Ernesti, infantis nomine scripta manu.

Nimi-

Nimirum ſupra privignorum ac aliorum
Scriptorum, quorum nomina nota Bonis.
Schaumburgi Comites Molebeccæ iugiter ipſa
Re commendatas Res habuere ſibi.
Hinc quidam ex illis ſua in hac monumenta ſacratis
Elegere palam conſpicienda locis.
Scilicet Heinricus, qui nonus, ad aſtra receſſit; *1529.*
Primus obit Iuſtus cœlica regna petens. *1532.*
In vivis decimus IAN, deſiit eſſe, Wilhelmus *1560.*
Tertius, in ſupera iugiter Arce vigent *1580.*
Nobilis Hermannus nec non Antonius, infra *die 5.*
Conveniente rei quos memorabo loco. *Iun.*
Morte diem Mindæ cadit ante Georgius Herman, *1616.*
Noſtra ſacro retinet quem Molebecca loco.
Condidit hos mœſtis lugens Molebecca ſepulchris,
Iuſt-Hermannus eam diligat ergo Comes,
Nec patiatur eam vires affligier ultra,
Ne tenues eius comminuantur opes,
Sed potius varie rebus cumulentur opimis,
Unde queamus ali, quid Miſerisque dare:
Multoties ſenſit ſine iure, & iure ſiniſtræ
Fortunæ adverſis triſtia fata malis.
Heu quot ei Sylvæ, Decimæ, Bona, Prædia, Fundi,
Villæ, Piſcinæ, Paſcua rapta manu.
Nimirum Bramberg, Bramberger prædia, Langwandt,
Stöckerholth, Stöckermarck, ſpatioſus ager.
Bruchhoff, cum Speckbreidt, Rantzenberg ſylvula, quondam,
Hofferlinge vagis piſcibus unda ſcatens.
Partim Hærediola, hæc partim certo ære fuerunt
Emta, probant ſignis quod documenta ſuis.
Hæc iuſto tenuit titulo Molebecca, dolendum eſt,

Quod ſit eis contra ius ſpoliata bonis.
Commiſſum hoc ſpolium eſt annis hoſtiliter & vi,
1514. 21. 22. 23. Commonſtrat numeris quos tibi marg- ſuis.
Reinerus de Wendt Spoliator. Reinerus de Wendt ſpolii fuit autor, & actor,
Cum tamen iniuſtum ſciret id eſſe pa- lam,
Vi proceſſit, ab hac monitus nec iure receſſit,
Sed quid iura valent? dum rigida arma calent.
Sub ſpecie recti hæc eius bona rapta fuiſſe
Prætendit, falſum quod tamen eſt, & erit.
Sic etiam feudum Mindenſe fuiſſe negatum eſt,
Quo revocata ſuper nosque ſigilla docent.

Temporibus Alberti, Heinrici, Franciſci, Hermanni & Antonii, Epiſcoporum Mindenſium, Friderich de Wendt, Reineckens Vatter hat ſich mit der von Mollenbeck, freyerbeigenthumlichen Gütern/ als nemlich mit der Langenwandt, mit einer Hove zu Hattelen belegen auf der Högede, mit dem Bramberge, und ſeinen Zubehörigen, mit einem Werder zu Otberge, und mit den Hofferlingen von etlichen Biſchoffen zu Minden belehnen laſſen, welchs ſie die Herren Biſchoffe hernach revocirt und bekandt, daß die Güter kein Mindiſch Lehn, ſondern der Herren von Mollenbeck ihr eigenthumlichs Gut ſey. Unter dieſem Prætextu iſt Reinecke de Wendt zugefahren und hat dieſe Güter wider alle Fug und Recht zu ſich geriſſen, und ſeind noch heutige Stunde nicht reſtituirt, darüber viel unterſchiedliche Tageleiſtung gehalten, man hat aber nichtes ausrichten können.

Wahr iſts/ daß die Wende, als ſie vermerckt, daß ihr Thun den Stich nicht halten wolle, für die

Her-

Herren von Mollenbeck auf die Knie gefallen, und den Bramberg und andere Güter von ihnen zu Lehn begehret, so wollen sie das Stöckerholtz alsobald restituiren. Man hat aber sie zu Rechte nicht zulassen können noch wollen, ist itzo noch dispurirlich, wer weiß ob die Güter auch dermaleins können restituiret werden.

Mille ubi quingenti quinque anni abiere triginta, *1535.*
Hunc vitæ ex medio sustulit atra dies.
Iure requisitum est functo Patre, Filius atqui
Noluit ablatum restituisse Simon. *Simon de*
Cætera sed rapuit vi, quæ pater ante reliquit, Wendt.
Nil veritus iusti iussa severa Dei
Ille, ubi mille suis quingenti cursibus anni *1548. iusto*
Quadraginta octo præteriere, perit. *Dei iudicio.*
Idque levi in mensam saltu, petulantia quid non?
Turpis & Ebrietas turpiter efficiunt?
Hoc male defuncto sine semine proximus Hæres
Lippiaco Comiti vendidit illa bona, *De* Sal-
Quæ, Molebecca, tibi de facto erepta, nec ipsi, deren *Bernhardo Comiti Otto Vl.*
Quæ nunc illa tenent, restituisse volunt.
Hisce Comes contra certis rationibus Ottho
Protestando palam dixit, ut acta probant.
Sol ubi mille annos quingentos tresque reduxit *1563.*
Sexaginta, obiit Lippicus ille Comes. *Bernhardus.*
Post vim Christophorus de Donopp, præfuit Arci,
Qui Vornholdensi fecit, & illa tulit. *1553. & 58.*
Quæ niger erubuit Reinhart rapere antea de Wendt,
Filius eius ab his abstinuitque manus.
Per Vornholdenses nobis bona plurima nullo
Iure erepta, quid est ius? ubi sæva manus.

Iura ſilent hodie, Bellona triumphat, iniquis
  Viribus armorum iuſtitiamque premit.
Ah pie Chriſte veni, iam non meliora ſequentur.
  Pax iacet alma Domi, pax iacet alma foris.
Exulat à regnis æquum, dominatur iniquum,
  Perfidia in precio eſt, friget ubique fides.
Impietas creſcit, pietas decreſcit, inique
  Reſpuit hanc, illam diligit omnis homo.
Annon adverſis iactatur vita procellis?
  Annon peſtis atrox ſævit, & ægra fames?
Annon priſca fides hoc ævo mortua plane eſt?
  Annon perfidiæ ſummus habetur honos?
Annon lernæo vitiatur dogma veneno?
  Annon Relligio prorſus honore caret?
Annon paſſa malum dubiis Molebecca periclis?
  Annon ipſius damna referre licet?
1563. Marchio deſpoliat raptis Albertus eandem
  Rebus, adhuc ſentit quod miſeranda malum.
Nicolaus Rottorph Incendiarius Brand=meiſter. Quo Nicolaus agens Rottorph incendia facto
  Sanguinolentus in hanc hoſtis ab hoſte ruit,
Bella ſecutus eam voluit ſuccendere flammis
  Miles, id avertit, ſed bonitate Deus.
Urbs Hameloa pie ni nos monuiſſet, ab imo
  Vertiſſent totam vi, ſine iure, Domum.
1563. Mille & quingentos Chriſti cum menſib. annos
Incendiarium. Sexaginta & tres volverat axe iubar.
Hæc Molebeccenſi curavit atrociter ædi
  Marchio per Rottorph damna ſtruenda ferox.
Nunc ſtatus eſt idem belli, qui tunc fuit, ipſum
  Hic ſuperat longe? Mars ubicunque furit,

Omnia

nnia regna urit, flammæ consumit & instar,
Nec Regio est expers pestiferi ulla mali.
s exempla? Vide Rinthlam Februarii ab annis
Exiguis quarto quæ cito capta die est.
ille ubi sexcenti & viceni cursibus anni 1622.
Tres ierant, & vix lux erat orta polo
on sine iacturis id tempore sensit eodem
Vim contra nulla vi Molebecca valens:
uribus Agricolis, multis onerata caballis,
Pressa Culina quibus, Cella minuta nimis.
assa quid occultis, & apertis hostibus insons,
Perspicuum est, nec adhuc iam grave vicit onus.
alde ab eis premitur, quorum ante hæc tempora nostros
Usurpasse fide credimus æra patres.
Nunc usque ad ravim quæ poscunt perdita pestis
Nil respectantes tempora, nilque status.
Multoties etsi pertransivere potenter
Nos cataphractorum millia multa virum;
Non tamen oppressum furioso Milite nostrum
Cœnobium expertum est vim, neque Martis onus.
Semina sed pedibus quassa, & consumpta, relictum est
Vix aliqui toto stramen ubique loco.
Christe reservasti quæ nos in tempora ni vis
Stelligero iudex axe venire brevi,
Actum erit omnino de nostræ parte salutis,
De qua sollicitus vivere nemo cupit.
Peccatis equidem meriti sumus hæc mala, verum
Non desperandum de bonitate Dei.
Novit is, unde homines queat ac animalia passim
Sustentare, dare & divite cuncta manu.
Si faceremus in hoc quæ vult Deus orbe, vicissim
Quæ volumus faceret, quæ petimusque daret.

Iam

Iam, quia non fiunt, quæ vult, nec & ipse vicissim
  Quæ volumus fieri, quæ petimusque facit.
Nata sub has cœli fallacia prodiit auras,
  Perdidit heu palmæ victa trophæa fides.
Iustitia occisa est, virtus a pondere veri
  Quæ dicta est, falsi mole gravata iacet.
Mundus alit fraudes, huic noli aperire querelas,
  Condolet ante, retro ridet, & ore nocet.
Turca furenter agit quod non! immanis & hostis!
  Vivere qui Christum nescit, & esse Deum.
Conantur temere delere minacibus armis
  Verba Dei, purum Relligionis opus.
Parce, o parce Deus, tibi nos peccasse fatemur;
  Ac mala continuis prometuisse malis.
Hos defende, tuos contra qui fortiter hostes
  Bella gerunt, patriam præsidioque regunt.
Nostri ad cœnobii referenda priora redimus
  Damna, quibus raptam, si placet, adde Molam.
Debebamus equis pro qua, canibusque molossis
  Immunem quovis tempore habere Domum.
1492. Mille quadringentis nonagintaque duobus
  Elapsis annis, igne cremata Domus.
Panis ubi, & zythus coquitur, frumenta teruntur,
  Fiat ut ex illis apta farina cibis.
Hanc utensilibus geminarunt pluribus, ulli
  Ne quid deficeret commoditate loco.
Hanc Prior & Fratres, primo est ubi perdita flammis,
  Sumtibus & vigili restituere manu.
1593. Mille ubi quingenti Christo de Virgine nato,
12. Aug. Nonaginta & tres anni abiere polo,
Bis sex Augusti sero lux vespere luxit,
  Nona sacro Domini fluxit & hora die.
Ecce insperatis Domus est pistoria flammis

Accen-

Accenſa, & frangens farra repente Mola.
uæ tegulis extra tecta Huxarienſibus, intra
Rite utenſilibus plena ſtetere ſuis.
gnea Labra, & aquæ periere capacia, fractum eſt,
Exciſum ſaxis grande ſub igne labrum.
ot bene quod potuit capere hordea pura, duobus
Bis graviter plauſtris quot potuere vehi.
Nil plane excepto reliqui permanſit Aheno,
Zythus aquis iuncto quo ſolet igne coqui.
ecerunt reliquæ prope ſtantes nulla ſed ædes,
Damna, ſit una Deo gratia, laus, & honos.
Quod fuerit patriæ media clementiæ in ira,
Peccati contra facta nefanda, memor.
Certe alias omnes periiſſent ignibus ædes,
Tanta fuit celeris vis violenta rogi.
Mille & quingentos cum Luna reduxerat annos 1594.
Nonginta alto bisque ſub axe duos.
Vixit ubi gravitate Prior Stukenius acer,
Præclara Wedenhoff Subprior arte potens.
Et Procurator Teilerus, denuo magnis
Sumtibus eſt præſens ædificata Domus.
Quam Deus, & reliquas tueatur ab ignibus ædes,
Ne faciant miſeris noxia damna modis.
Sæpius ut varie primis fecere diebus,
Quin & adhuc faciunt, vix modus ullus adeſt.
Vis exempla? vide bellum, implacabile bellum,
Quod reprobo paſſim Milite cuncta rapit.
Parcit atrox nullis Regionibus, oppida flammis
Urit, ab hoc nullus liber & eſſe poteſt.
Iudicio iniuſte iuſto Molebecca Iehova
Sic violata, ſuis ſic ſpoliata bonis.
Mirum igitur non eſt alieno oppreſſa quod ære
Mæreat, id ſolvet ſed mediante Deo,

Faxit

Faxit id ut ſolvat Deus, ac emergat, ademtis
Queis fuit huc variis uſque gravata, modis.
Vexetur nullis belli, velut ante, rapinis,
Pace ſed uſque Deum relligioſa colat.
Templa, Scholasque iuvet, ſelix ſtet denique curvi
Dum ſinuoſa vehent ſtagna Viſurgis aquas.
Lege ſubinde Dei ſic præcipientis Egenos,
Quos hominum auxiliis novit egere, cibet.

1558. Otho ſextus inſtinctu Wilhelmi Ducis Lunæburgenſis ac Eliſabethæ Urſulæ eius coniugis Comitatum Schaumburgicum reformavit.

Mille ubi quingenti quinquaginta octo fluebant
Anni poſt Natum, Virgo Maria, tuum
Schaumburgi Ottho Comes nutu mutavit Iova
Longe uſurpatum Relligionis opus.
Martini Pſalmos curavit ad aſtra Lutheri
Fundendos, eius ſcripta legenda palam.
Parva Catechiſmum quoque Biblia rite docendum,
Qui tenuis magni eſt Rivus & Unda Maris,
Unde patens late fluit, & rigat arida fluxu
Corda ſalutari, currit & Amne retro.

Reformatores, & Viſitatores fuerunt Dominus Iacobus Dammannus, Paſtor Stadthagienſis, Dominus Theodorus Heitman, Paſtor Rinthelenſis, Dominus Eberhardus Poppelbaum, Paſtor Altendorphienſis, & Dominus Iohannes Vordemannus, Paſtor Haddendorphienſis Nobiles: Dn. Iohannes von Langen, Dn. Iohannes Poſt, & Dn. Chriſtophorus von Landesberg.

Nunc Auguſtana fruimur, verbisque per omnem
Conveniente Dei Relligione modum.

Quam Erneſtus Dux Brunſuicenſis & Lunæburgenſis Eli-

Elisabethæ Ursulæ parens in comitiis anno 1530. sub-
scripsit, quamque Comes Otho professus est.

Cur desciverimus sed forte quis inquiat olim;
Romana a veteris Relligione sacri?
Subiectos nostra Regionis oportuit illud
Nos coluisse palam dogma, quod illa colit.
Cuius enim Regio est, illius & esse iubetur
Relligio, culpis absumus ergo procul.
Non tamen antiquis prohibet nos ritibus uti,
Quos crassi erroris novit habere nihil:
Qui si labuntur, labentur & omnia, sed ne
Labantur nobis cura sit una precum.
Magnus idem voluit Comes Ottho, & serio in ipso
Iussit agone sua mortis, id estque ratum.
Quis satis illius meritarum encomia laudum **Encomia**
Dicere? virtutum facta referre potest? *Othonis*
Ensifera Turcis dextra, Gallisque tremendus, *sexti.*
Pro patria victor pralia lege gerit.
Et pro Casaribus patriis, & Rege Philippo,
Re quibus armatam prastitit usque fidem.
Facta tot exhibuit (dare nolo quid auribus ulli)
Mollia quot viridis gramina campus habet.
Tela nec infractum quem devicere, nec hostes,
Mox ardens vicit pustula, datque neci.
Mille ubi quingentos, & sexaginta ab Olympo 1566.
Sex annos cursu vexit Apollo suo.
Haga utriusque sua Consortis imagine cin- *Otho VI.*
ctus *Bigamus*
Stat, supera vitam sede quietus agit. *fuis.*

Maria Filia Barnimi Ducis Pomeraniæ Othoni 1544. die 12. Iunii matrimonio iuncta anno 1554. die 19. Februarii obiit.

Quat-

Quattuor hic Natos, celebres virtute reliquit
Perſpicua Natas nobilitate duas.
Prima Maria Uxor Pomerana gravi edidit ortu
Quattuor Illuſtres nobilitate viros.
Nemo ſed illorum ſupereſt, potuiſſet ob albam
Cum tamen ætatem vivere quiſque diu.

Fugacitas & fragilitas vitæ. Vaniloquis hominum nugis conſumta ſenectus,
Ut ſpectata oculis fabula plebis abit,
Vivere non vita eſt, vita eſt, bene vivere, vivit
Qui bene, vivet ovans poſt ſua fata Deo.
Hermannus, Fratrum natu qui maximus, altos
1566. Pontificis Mindæ cepit in urbe gradus.
Electus Epiſcopus. Hiſce ſed elapſis aliquot ſeſe abdicat annis,
1583. Idque gravi ex cauſa, quæ manifeſta ſat eſt.
1592.
Sancte Arnsburgiaca vitam exhalavit in Aula,
Illius oſſa ſacro fert Molebecca loco.
Septimus Ottho fuit Claudus per vota creatus
Obrenkirchiacæ præpoſitusque Domus.
Ille ſed ante diem iuvenilibus occidit annis,
Credidit Hagoniæ corporis oſſa ſolo.

1571. die 4. Aprilis obiit, in ædibus S. Martini ſepultus.

Clarus Adolphus erat quo vix manſuetior alter,
Tam probus, & prudens quam Comitem eſſe decet.
Heroa præſtans virtute Antonius Heros
Extitit, & Mindæ fulgida ſceptra tulit,
Munere vitali defunctus in arce Petrina,
Sub Molebecciaca conditus æde iacet.

1587. Electus Epiſcopus anno 1599. die 12. Ianuarii obiit zum Petershagen.

Ottho-

Otthoni Elisabeth Lunæburgensis, amatrix
Ursula virtutum, Nupta secunda datur.

1558 Filia Ernesti Ducis Lunæburgensis, Henrici Wilhelmi soror.

Herois Natum qua nixibus edidit unum
Spem patriæ, Natas, gaudia magna, duas.

Ernestus Tertius eius nominis Comes Schaumburgicus.

Filius Ernestus, Mare amarum dicta Maria,
Mansueti requies Elisabetha Dei.
Erepta e vivis Dethmoldia in Urbe, sed Hagam 1586.
Deportata, suo Cippo ubi tecta iacet.
Prælustri Iusto Comiti de sanguine Stirumb 1591. die
Casta tori sacra lege Maria datur. 26. Sept.
Heroes peperit quæ Martis, & artis amantes,
Qui pro lege Dei, & pro Grege bella gerunt.

Filii Heroes quinque, videlicet Hermannus Otho, Georgius Ernestus, Wilhelmus Fridericus, Iohannes Adolphus, Bernhardus Albertus, Filiæ, Elisabetha Iuliana in pueritia defuncta, Anna Sophia.

Iam cum dilecto sancte defuncta Marito
Scandit olympiacæ splendida tecta Domus.
Illic Ambrosiæ succos, & Nectaris imbrem
Accipiunt veri vivida Membra Dei.
Hæc sane præstant dapibus quas terra ministrat,
Terra sacras cœli nescit habere dapes.
Lippiaco Comiti iuncta Elisabetha Simoni 1585. 13.
Mortuus hic, vivit, vivat & illa diu. Novemb.
Bis decima ut Iani lux incipit, ossa Simonis

1614. 20. Ia. zum Blomberge.

Tecta ple DIa sVnt senIorIs hVMt.
Quinque Deo Natos, Natas totidemque feracis
Protulit in lucem pignora cara, tori.

Filiorum nomina Bernhardus, Simon, Otho, Hermannus, Philippus. Bernhardus & Hermannus e vivis excesserunt. Filiæ Elisabetha, Catharina, Magdalena, Ursula, Sophia.

Sceptra paterna gerit Generosus, & inclytus Heros
Pace Simon patriæ nobilis arva regens:
Dignus ad astra vehi est generosis laudibus, omni
Præsidio, & cura subdita Membra tegit.
Sedulus avertit pro viribus arma, repellit
Hostiles, quorum vis violenta, manus.
Armipotens ipsi multis benedixit amico
Seminibus sexus dono utriusque Deus
Frater Othonis erat Iustus celeberrimus Heros,
Clara tenens Gehmæ tecta potente manu.
Qui manibus clypeos, & acutæ cuspidis hastam,
Depressa galeam sustinuitque coma.

Elisabetha, Floriani Comitis Culebergensis soror, Iodoci secundi uxor.

Quinos hic Natos, binasque ex coniuge Natas
Protulit, hinc Christo mortuus astra petit.
Henricus primus, Ioibst ex quo nobilis Herman
Natus, Iohannes Ottho secundus erat.
Tertius est Iustus numero, quoque nomine quartus
Hermannus, quintus Georgius Herman erat.
Magdalis illorum, casta Elisabetha, sorores,
Quæ sibi virtutum proposuere vias.
Occidit Heinricus, viduam cum prole reliquit
Mettam, quam nobis abstulit atra dies.

Me-

...ettam Domini Iodoci de Styrumb sororem.

...stus, & illius sub primo Magdalis ævo
Germana effrena succubuere neci.
...psus Iohannes Ottho volitante quadriga *Iohannis Othonis casus.*
Morte repentina clausit in orbe diem.
...orte animam subita licet exhalarit in auras,
Non tamen est ipsi vera negata salus.
...am pius ille fuit Comes, omni tempore soli
Devota didicit fidere mente Deo.
...se ipso in lapsu prece commendavit Iesu,
Sic iit & vera iustus ad astra fide.
...ermannusque eius dilecta Marita supersunt,
Virgo nescit adhuc Elisabetha virum.

Catharinam Sophiam Principissam Brunsuicensem ...Lunæburgensem, Gulielmi Ducis Sororem Hermannus Comes anno 1609. duxit.

...ippiaca uxorem de stirpe Georgius Herman *Elisabetham 1612.*
Duxit, ab hac sitiens sed cito raptus aquam
...eductus Minda Molebeccam, ubi molliter eius *Epicedium Dn. Georgii Hermanni Comitis.*
Ossa sepulta iacent vivificanda Deo.
...langite Schaumburgi proceres civesque coloni,
Minda gemens luge, Lippia plange dolens.
...ccidit ante diem Comes ille Georgius Herman.
Mortis hydrops ipsi noxia causa fuit.
...ximium patriæ lumen, virtutis amator,
Nobilis antiquæ Relligionis honos.
...ortis Eques primis stipendia fecit ab annis,
Intrepidus lituos inter, & arma fuit,

Pro ſacris pugnans aris, pro lege, potenter
Pro grege, pro patriis contulit arma focis.
Ut pia vita fuit, ſic & fuit ultima finis,
Suaviter a ſummo raptus ad aſtra Deo.

Eliſabetham & Othonem filium. Heu miſeram poſt ſe viduam cum Pro[...] reliquit,
Matri, Aviaque venit maximus un[...] dolor.

Tabificum relevet divino utriuſque dolorem
Flamine, ſit Iudex, ſitque Iehova Pater.
Hinc Patrio Natum tueatur amore relictum,
Creſcat ut, & patriæ ſit ſuper ille decus.

Adolphus XVI. an. 1582. Nobilis Otthoni magno ſucceſſit Adolph[...]
Præſtitit & magna qua Pater ante fide.
Non modo cœnobium ſed & omnes inſt[...] amavit
Patris, in hoc patrie contulit omne bonum.

Ducis Iulii filiam anno 1583.

De Braunſwicenſi prognatam ſtemmate duxit
Eliſabetham, ex qua Iulius ortus adeſt.
Vix puer impleret vitæ ſex nobilis annos,
Cum primum ſubiit culta lycæa Scholæ.

Clamero Struvio. Se Præceptori purgatis auribus acri
Præbuit attentum ſedulitate frequens.
Ætherea primum didicit vix veſcier aura
Magnificum patriæ lumen & eſſe ſoli.
Ardua mox validos Febris depaſcitur artus,
Et lætos truncat Parca maligna dies.
Mille anni impleti ſexcenti ubi Solis, & unus
Iani unus Soles bisque abiere decem.
Proh dolor, extinctus Febri puerilibus annis,
Cuius in æternum Spiritus aſtra tenet.

1601

1601. 21. Ianuarii zu Hessen in Ducatu Braunsui-
si anno ætatis. 5.

scimur, & morimur, sunt omnia pulvis, & umbra:
Hæc est, hæc vitæ meta suprema manet.
c prece, nec precio reflectitur ira Dearum,
Quas hominum vitæ stamina nere ferunt.
m senibus iuvenes fato florentibus annis
Et prima proles edita luce cadunt.
rte ea sors vitæ iuvenumque senumque manebit,
Dum rata piscosi ripa Visurgis erit.
il homini virtus, nil ulla scientia prosunt,
Nec quemquam vultus splendida forma iuvat.
ivitis est eadem sors Cræsi, ac pauperis Iri,
Incertos vitæ iactat uterque dies.
xemplo nobis Comes est Schaumburgicus infans
Iulius, ut vento vix rosa nata cadens.
Multa licet numeret felix homo tempora vitæ,
Tota tamen vita est unus in orbe dies.
rgo tuæ noli nimium confidere vitæ,
Mortis & Inferni vive sed usque memor.
Quin etiam ut summo vivas post fata Iehovæ,
Disce pie in Christo vivere, disce mori.
Mille ubi sexcentos annos produxit & unum
Iulius, inque duos protulit axe dies.
Eheu, triste cano, lachrymosa, subivit Adolphus
Fata pater Mindæ, contumulatus Hagæ.

Inter tertiam & quartam horam antemeridianam anno ætatis 54. obiit.

Verius est vero vulgi quod fertur in ore,
Ut pia vita fuit, sic quoque finis erat.
Ut bene vixit, ita est bene mortuus, astra petivit,
Sunt ubi splendor, honos, gaudia, risus, amor.

Epicedium Comitis Adolphi.

Exanimem luget Pietas pulcherrima Mater,
Virtutum, plorat Pieridumque Chorus.
Si lachrymæ possent tumulis revocare sepultos,
Huic esset Comiti reddita vita pio.
Hanc sortem lachrymis hominum rerumque Repertor
Non dedit, exanimes nec iuvat iste dolor.
Si fas est longas in fletum ducere voces,
Nequaquam mortis tempore flere decet.
Hæc etenim æternæ mors est reparatio vitæ,
Vera quies mundi non redimenda bonis.
Tertius Ernestus Fratres supereminet omnes
Ingenio, genio, vi, gravitate, fide:
Flammeus & pernox dum Sol & Luna micabunt,
Nescia fama mori Principis huius erit.
Castalias hausit generoso pectore Lymphas,
Musarum coluit sacra vireta puer.

M. Hermanno Vastelabo.

Et Præceptori devotas præbuit aures,
Ingenii statuens dulce parare decus.
Adiunctus libris post succrescentibus annis
Ingenii cepit spargere dona sui.
Suavia Phoebæo deduxit carmina plectro,
Nec fuit harmonica præditus arte minus.
Scripta manu assidua Doctorum volvit, ab otis
Italiæ rediens Principe digna gerit.

Mauritii Principis Hassiaci soror. 1597. die 11. Sept. 1601. 4. Iulii.

Principis Hassiaci sociali Hedewiga Wilhelmi
Filia iuncta illi est fœdere, prole caret.
Cassus Adolphus ubi vita est, Ernestus avidi
Imperii recipit frena regenda manu.
Nobiliora sui Patris, & vestigia Fratris
Calcat, habens rara vix sibi laude parem,

Doctri-

ctrinæ pravos errores luce refellens,
Aſſeruit veri dogmata vera Dei.
vificamque fidem præclaris extulit auſis,
Lucida quæ nobis monſtrat ad aſtra viam.
t decies centum bis quinque & duxerat annos
Chriſtus, ubi aſſumpto corpore natus homo eſt,
ymnaſium extruxit non parvis ſumptibus Hagæ, *Gymnaſium Stadhagenſe 1610.*
Multa ferens Templis commoda, multa Scholis.
ille ubi ſexcentos denos ac volverat annos
Ac unum auricomis Sol radioſus equis. *1611.*
lgida Buckburgi multo ſacraria Templi *Ædificatio templi Buckeburgenſis & Schola ibidem.*
Condidit ære, pari conditione Scholam.
loc quis ſuggeſtum formoſius? organon & quis
Suavius, ac melius vidit in æde ſacra?
ulchrius aſpexit quis Baptiſterion, arte
Scamna parata Dei commodiora Gregi?

De novo Templo Erneſtino.

Si magna laudes illi virtute merentur. *Templum Buckeburgicum.*
Oppida qui celſis turribus alta ſtruunt,
Munitas condunt muris ſublimibus Urbes,
Valla quibus foſſis inſuperanda ſuis.
Hoſtibus unde venit terror, crudelibus auſis
Noxia qui multis damna parare ſtudent.
Maiori quanto laudes virtute merentur,
Quos iuvat impenſis condere Templa ſuis,
Noſter ut Erneſtus Princeps laudabile Templum
Condidit immenſis ſumptibus, artis opus.
Munitum ſacro Chriſti quod Nomine, Verbo,

Morte, Sacramentis, Iustificaque fide.
Unde minax stygiis terror venit hostibus, una
Queis animas hominum perdere cura nece est,
Huius & in valido positam fundamine Templi
Vertere composita fraude manuque Domum,
Sed nihil efficient, quia Christus aheneus illi est
Murus, & Angelici flammea castra Chori.
Stabit in æternum precibus munita, refertur
Erneste, acceptum quod tibi, sancte Comes,
Nominis, ergo tui celeberrima fama manebit,
Dum rapiet varias ore Visurgis aquas.

De nova Schola Ernestina.

Schola Buckeburgica.

Magnifica Ernestus Princeps celsissimus arte,
Qua valet, hanc proprio struxit & ære Scholam.
Illius hinc pietas clarescit, & inclyta virtus,
Qua iuvat, & servat Relligionis opus.
Namque gerendarum sunt munitissima rerum
Firmamenta, quibus stant bene cuncta, Scholæ.

De Sphæristerio Ernestino.

Ballhauß

Arte parare student qui Sphæristeria, gratam
Rem gravibus faciunt nobilitate viris.
Quos iuvat & vires animi exercere modesto
Corporis ac lusu torpida membra pilæ:
Sic Comes Ernestus sibi sphæristerion istud
Nobilibus grandi fecit & ære suis.
Cuius ad arbitrium certis ubi læta diebus
Exerceretur Sphæromachia pilis.
Corpora quæ turpi patitur torpescere nunquam
Desidia, ingenii debilitante decus.

Illo

a ſed officiis reddit ſatis apta refectis
Viribus, ergo neget ludere nemo pilis.
eſinat egregiis Comitem nec laudibus unquam
Tollere, continuo nec rogitare Deum,
eſtoreos vivat cum coniuge ſoſpes ad annos,
Iuſtus & aſtra fide poſt ſua fata petat
omani Imperii Princeps ob ſumma creatus
Virtutum a Divo Cæſare facta, ratum eſt.
rinceps iure fuit, primis quia geſſit ab annis
Principe digna ſuum mortis aduſque diem.
ntroducta Deo laus noſtræ Academia Rinthlæ *Academia Erneſtina 1621.*
Hoc Duce Cæſarei nomina iuris habens,
Cum bis quinque dies & ſeptem Iulius ortu
ProDVXIt, Vero ſtetque, CaDatque Deo,
Author ut eſt huius, ſic eſt humanus & Altor,
Ordinat huic merces debeat unde dari.
Non ſolum hoc, etiam ſed prudentiſſimus Heros,
Ex toto ferme convocat orbe viros,
Nomine præclaros quos novit & eſſe diſerto
Ore, probe excultos, moribus, arte, fide;
Eximios linguis. Illis Academia floret
Erneſtina, ſibi vix habitura pares.
Perpetuum, & notum quo nomen ad aſtra meretur
Magnus iuſtitia, iudicioque potens,
Sic Molebecciacas defendit, & adiuvat ædes,
Inque ſuo patitur iura manere ſtatu.
Aſt ego ſi prima repetens ab origine pergam
Virtutes tanti commemorare Ducis,
Spe citius clauſo componet Veſper olympo,
Ac mediis cœlo Luna rubebit equis.

Encomium illius decantatum, anno

AVthore Ernesto noVa faVsto ACaDeMia Voto
Floreat, æternum vivat & ille Deo.

Ernestus Princeps	Excellens magnus	EtHeros
Regnat in Holsato	Rus Schaumburgense	Restau-
	rat,	
Nobilitante suum	Nomen virtute	Nota-
	tum	
Egregie factis	Excellentissime	Et actis,
Sollicito patriæ	Studio Pater ille	Serenus
Terrificos contra	Tegit horrida monstra	Tyran-
	nos,	
Vis quibus est ingens	Valide sua Membra	Vel atro
Se neque turbari	Sortis sinit imbre	sinistræ.
Purum, quod vere	Primum est te Christe	Profes-
	sus,	
Relligionis opus	Reveretur id arte	Refellit,
Iustitiam contra	Iusti quod pugnat	Iövæ,
Non delectatur	Novitate reique	Nociva
Christicolis hominum	Causas pietate	Caden-
	tes,	
Elevat, usque suis	Ex cellis pascit	Egenos
Pro regione sua	Pro Relligione	Profes-
	sum	
Struxit agens Templum	Sacraria Dia	Schola-
	rum	
Iusta ubi Relligio	Iusque exercentur	In horas
Membra levat gravibus	Morbis medicina	Medetur
Pharmacotheca ægris	Preciosa, malumque	Propul-
	sans	
Exitiale, omnes	Enixe agitantur	Et artes
Rinthelii, Regum	Rex, perniciosa	Repellas
Imperii vivat	Iustos Ernestus	In annos
Imperii Princeps	In Christo sanus	Iësu.

Egre-

Egregium Patriæ Iubar, Ac Clariſſimus Heros
Sedibus Ex Superis Enthea Dona Gerat.

Dies & annus obitus 1622. Cum decima exorta eſt lux Iani & ſeptima functus
Corpore Mente SVo VIVIr, oVatq; Deo.

Epicedium Ernoſti Principis. Mœſta Viſurgiades veſtri lugete Patroni
Flebiliter Muſæ triſtibus oſſa modis.
Ah dolor, ah lachrymæ, noſtri miſerebitur ecquis?
Nempe pupillorum pars Gregis una ſumus.
Volvimur huc, illuc, orbata ut præſide Pinus
Sæpe per æquoreas naufraga fertur aquas.
Quaſcunque in partes oculorum vertimus orbes,
Ceu Chaos immenſum triſtia cuncta ruunt.
Ah dolor indomitus, Comitis qui cogit amati,
Plangere flebilibus funera mœſta modis!
O lachrymoſa dies, toto miſerabilis ævo,
Iuſta nimis noſtra eſt, iuſta querela nimis.
Sed quia defunctis lachrymæ ſine fine cadentes
Nil proſunt, ſiccas præſtat habere genas.
Non eget hic lachrymis, cuius modo vita per auras
Tranſiit ad ſummi lucida tecta poli.
Triſtitiam veſtris diſpellite mentibus, Alter
Divina vobis ſorte Patronus adeſt.
Spes Deus in miſeris nobis firmiſſima rebus,
Nos nequit in dubiis deſtituiſſe malis.
Ipſius eſt nondum bonitas exhauſta, nec Arca,
Ipſius & nondum languida facta manus.
Ipſe pupillorum lateri nam firmus adhæret,
Horum ſe verum nominat eſſe Patrem.
Ipſe alium nobis Comitem, & ſociabit Amicos,
Pectora ſint quorum candidiora fide.
Poplite deflexo cœli convexa precemur,
Sive micet Phœbus, Cynthia ſive micet. Quo

Quo miseris pleno detur patientia cornu,
  Nobis ne frangat pectora cura vorax.
Postea Olympiacas & traducamur in ædes,
  Nulla ubi tristitiæ nubila, nulla mali.
Formosa & Comitis spectabimus ora vicissim,
  Quem nimis heu subito sustulit atra dies.
Hoc sane optemus votis communibus omnes,
  Nam Comes in Domino gaudia mille capit.

Dies & annus sepulturæ.

Martius ut soles viginti advexit & unum
  DeposItVs IVsta paCe qVIetVs hVMo.
Regalem erexit Titulum vidua illius, id quod
  Iam moriturus ei iussit, eoque capi.
Mortis eam iuxta se post pia fata locari,
  Schaumburgæ Comites Morte obitaque Domus.

Holsati tristes	Hei dicite, noster	Honorus
Occubuit Princeps,	Ostendite pallio	Opertos
Lugubri vultus	Lachrymis mœsta ora	Lavantes,
Sollicito patriæ	Studio curaque	Salutem
Acquisivit ovans,	Animo constanter	Adhæsit
Trinuni omnigena	Totus pietate	Tonanti.
Immoto cuius	Iam munere vivit	In aula
Angelica, superos	Acies ubi semper	Adorant.
Schaumburgum luge,	Sumens lamenta	Severo
Carmine, magna tibi	Causa est cur triste	Canendo
Humanum plangas	Heroem splendide tum	Huma-
Ante diem, longos	Aliquot qui sospes	Ad annos
Vivere debebat,	Vivit bene ad astra	Vocatus,
Multiloquas aluit	Musas, pascendo	Misellos
Bella Deo extruxit	Benedictus Templa	Beato
Virtute & nummis,	Voluit florere	Verendæ
Relligionis ubi,	Rata sacra, hominesq;	Renasci
		Gymna-

Gymnaſium Rinthlæ	Grandis fundare	Gravatus
Vi argenti non eſt,	Unde ejus claret	Ubique
Morte carens pietas,	Memoranda & fama	Manebit.
Sis licet alterius	Stellæ mons alte	Subactus
Terrarum Domino,	Tamen obſequio hiſce	Teneris
Eſſe cliens terris	Ex ſcripto iuris	Et æqui
Rem tibi lugubrem	Reor eſſe repente	Relatam,
Noſter Herus cecidit	Nunc, qui probitate	Nitebat.
Blaſphemos odit,	Bona contulit ampla	Benignus
Egregie pueris	Epulas largitus	Egenis
Reſtituit lapſas	Res, indigeſta mans	Refor-
Geſtiit eſſe potens	Geſtis, Diadema	Gerit nunc
Angelicum in cœlis,	Adiit quos liber	Ab omni.

Peccato & luctu, pro quo nova jubila tollit.

Gehma gravi luctus	*Gere corda dolore*	*Gravata*
Erneſtus Princeps	*Excellens, magnus,*	*Et acer*
Heros, regifice eſt	*Haga modo corpore*	*Humatus,*
Mente ſupra vivens	*Magnum videt usq; cham*	*Monar-*
Ad nutum qui res	*Agit omnes, omnia plens.*	*Adim-*

Illuſtriſſimo, Generoſiſſimo, ac Inclyto
Comiti & Domino,
DN. HERMANNO, Comiti Holſatiæ, Schaumburgi
& Sternbergæ, Domino Gehmæ
Domino noſtro clementiſſimo, omnem ſalutis incolumitatem precamur.

Anno
Sit Comes Hermannus Molebeccæ æternus amator,
VIVat & æterno pLVrIMa LVſtra Deo.

Haud

Haud ulli parcens	Homines mors sternit	Habentes
Externas Gazas	Externis rebus	Egenos,
Roscida castaliis	Recte undis labra	Rigatos
Musarum in castris	Minimeve nihilve	Merentes
Ah quid in hoc fact. est	Anno? prælustris	Ademtus
Nobis Ernestus	Nuper, cui Trina	Nitescens
Nil deitate Monas	Nil & natura	Negarunt
Valde amplas magna	Virtute, animoque	Virili
Structuras Templi,	Solii, suo & ære	Schola-
	rum	
Condidit, æternam	Celebri quo laude	Coronam
Obtinuit, qua nunc	Obitum post gaudet	Olympo.
Maxime christe homin.	Musas tutare	Misertus,
Et Comiti, summis	Est qui dilectus	Et imis,
Sic fati Hermanno	Succurre sub imbre	Sinistri,
Vivat ut, ò longum	Vivat, zeloque	Verenda
Jussa Dei teneat	Justo pietatis	In horas.
Vindicet oppressos	Vi, diligat usque	Vasallos
Alta Deo gaudens	Annis eat huius	Ad astra
Transactis vitæ	Triadis formosa	Tremenda.

Suaviter ora videns æterna luce resultet.

Gaudete, ò Gehmæ proceres, civesque, coloni,
  Ernestum tulerint tristia fata licet,
Hermannus superest Comes attamen inclytus, ardens
  Esse gravi patriæ gaudet amore Pater.
Magni verba Dei profitetur & ense tuetur,
  Et qua parte potest quosque iuvare, iuvat:
Nulla suo vitæ mala tempore sentiat, olim,
  Cum sat in hoc mundo vixerit, astra petat.
Defuncto Ernesto Ioibst Herman amabilis Heros
  Successit, patriæ nomine reque Pater.
Egregiis vere qui par virtutibus illi est,

Stare

Stare ſinens noſtræ iura priora Domus.
Quæ confirmavit re conſtituendo Priorem
Nuper, eum addictum iuſſit & eſſe ſacris,
Vult pietas creſcat, divinus & omnibus horis
Conveniens ſacris, cultus agatur, opus.
Diſcrete vigeat ſacra diſciplina, modeſti
In litem Fratres murmure vult nec eant.
Pro Regione ſua, pro Religione laboret
Cenſus, & ſenſus attenuare ſuos.
Pace præeſſe ſuis quoque ſit prodeſſe paratus
Semper, & illorum nomine multa pati.
Sanguinea Mavors nece multa cadavera miſcens
Nulla domi moveat prælia, nulla foris.
Cœnobio faveat noſtro, tueatur & illud,
Et, quacunque poteſt parte iuvare, iuvet.
Vivat inhumanis immunis ab hoſtibus, hoſtes
Heroa VInCat, DIVe IehoVa, ManV.

De novis, eisque debitis felicis regiminis honoribus, *Illuſtriſſimo, Generoſiſſimo, & Inclyto Comiti, ac Dn.* DN. IVSTO-HERMANNO, Comiti Holſatiæ, Schaumburgi & Sternbergæ, Dynaſtæ in Gehmen & Bergen, Domino ſuo clementiſſimo, pie gratulatur.

Inſolita in cœlis	*In terris ſigna, &*	*In undis*
Viſa, audita ſimul	*Varias adferre*	*Videntur*
Secum pœnarum	*Species finemque*	*Supremi*
Temporis & mundi,	*Tot ſunt quia bella,*	*Tot hoſtes;*
Undiq; peſtis atrox,	*Veſana fameſque*	*Viros mors*
Spe citius nulli	*Sternit pietate*	*Secundos.*
Hei cecidit Princeps	*Heros Erneſtus,*	*Honeſtus*
Eximia excellens	*Erneſtina Author,*	*Et Altor,*
Religionis honos,	*Regionis Amorque*	*Relicta.*

Mor-

Mortuus ille quidem	*Mundo est in pace*	*Maligni,*
Attamen in cœlis	*Anima bene vivit*	*Adorans*
Numen, & æterna	*Nomen Deitate*	*Notatum*
Nominis eius erit	*Nec nunc delenda*	*Nec un*
	quam	
Vivida post funus	*Virtus, sed ut herba*	*Virescet,*
Sufficit. En illi	*Succedis honore*	*Secundo*
Christo Hermanne, tibi	*Comes imponente*	*Coronam*
Omnibus ex votis,	*Omnes nos debite*	*Oportet*
Morigeros sancto	*Mandati iure*	*Ministri*
Esse tibi addictos,	*Erimus quoq; semper,*	*Et ultro*
Subiecti officium	*Sine fuco offerre*	*Studentes,*
Vive Deus faxis,	*Vera pietate*	*Verendus*
Iustus ut Hermannus	*Iam iuste electus*	*Iniquas*
Vi reprimat vires,	*Vitæque salute*	*Vigescat*
Annos tot, quot vis,	*Ac nobis præsit*	*Amando*
Teq; Tuumq; Gregem,	*Tandem petat astra*	*Trium-*
	phans.	

Schaumburgi Proceres, Cives, trepidique Coloni,
Carmina lugubri fundite mœsta sono.
Heros ille potens Princeps Ernestus obivit,
Ante diem cœli raptus ad astra, diem.
Vertatur vester positis in gaudia curis
Moeror, Ioibst-Herman reddita sceptra gerit.
Blandus ut est, patriæ sic & sua membra tuetur,
Verba Dei in precio, quæ profitetur, habet.
Restituet clemens bona lapsa, & rapta colonis,
Gaudebit cuivis ius tribuisse suum.
Verus erit patriæ Pater, & defendet ab omni
Molebecciacam pestilitate Domum.
Fiat id, & veniant bona non peritura salutis,
Nil magis optamus, nil quoque maius, amen.

haumburgi proceres, bonique cives,
cunctis pariter locis coloni,
on ficto pietatis est beatæ
ueis cordi studium salubre, vestris
evoti precibus recogitetis
o nostræ patriæ salute nostrum
st-Herman Comitem periculosis
er mundi varias diebus oras,
nobis proculisse, nec redisse,
ed quamvis ierit, tamen redibit,
uod vertat bonus optime Iehova.
Oretis Dominum Deum frequentes,
t felix eat hinc, agenda felix,
t prudens agat, his probe peractis
Mox felix redeat, regatque felix,
ucundos quoque longioris ævi
elici numeret dies salute.
Schaumburgi proceres, bonique cives,
n cunctis pariter locis coloni,
Plaudentes manibus Deo profectas
Solvatis memori subinde grates
Corde, ac ore suos negotiorum
Finitis bene rebus ad Penates
Just-Herman Comitem redisse salvum.
Non tantum bene gratias agatis
Longinquis Regionibus redisse
Salvum ipsum, sed & usque postuletis
Æternum precibus Deum benignis,
Ut vivat, valeatque tristis expers,
Dum flatum trahit, imbecillitatis.
Consolare, Deus, precamur ipsum
Lugentem nimio dolore, mortis
Devictam placido sopore Matrem,

Sublimi & positam toro sepulchri.
  Fac sistat lachrymas, nec usque sese
Affligat, minuat sed hos dolores
Dilectæ ex obitu pie Parentis
Quos hausit. Satis est quod ipsa Mater
Virtutum, ac Patriæ fuit, beata
Nunc inter fruitur quiete Sanctos,
Hanc lætis sua post ubi videbit
Fata optato oculis. Benigne Regum
Rex, fiat petimus quod, & petemus
Pro nostro Patriæ Parente, Fiat.

Iust-Hermanne Pater patriæ, Comes inclyte, Matrem
  Defunctam lucis tempora plango tuam.
Lenio causa Huius te consolando dolorem,
  Mortua vivit, agens gaudia pace viget,
Crede mihi, in cœlis Hanc post tua fata videbis,
  Oscula delitiis eius ab ore feres.
Perpetuanda Deo vivi reddetis amica
  Carmina fronte, quid hoc suavius esse potest?

Annus abitus ac reditus.

Iust-Hermannus iit felix, rediitque, Salute
  VIVat oVans, post haC VaDat aD astra fIDe.

Illustrissimum, Generosissimum, ac Celsissimum Comitem ac Dominum,

Dn. IVSTVM HERMANNVM,

Comitem Holsatiæ, Schaumburgi & Sternbergæ,

Dn. in Gehmen & Bergen,

pium ac placidum abitum, ac obitum

Illustrissimæ, Generosissimæ, ac Celsissimæ Comitissæ, ac Dominæ,

Dn. METTÆ,

Matris suæ longe omnium dilectissimæ, pie lugentem, consolatur.

Prin-

inceps, benigne & Heros,
triæ Patrone, *Iuste*
ermanne, Stella lucens
olſatiæ, Corona
haumburgi, ubique noti,
ernbergæ Honos, Dynaſta
ehmæ, ſimulque Bergæ,
luctuoſa nuper
es nunciata nobis,
atriæ quod alma Mater,
erbi potens Iehovæ
utrix, amanda Fautrix
pauperum piorum,
ua Mater ante iuſtum
ita diem decora
efuncta, digna longos
uæ viveret per annos,
ſt hoc Dei benigna
Ion ſic tulit Voluntas,
Ioc hac malignus orbis
ignus fuit, proinde
Ianc abſtulit Iehova
d ſe, quod & petivit
era fide migravit
x orbe ad aſtra felix.
Tecum dolemus omnes,
Tecum mademus udo
Fletu, videto mœſtos
Verſus anacreontes,
Queis defleo receptam
Terra Deo ſacrata
Matrem tuam, ſuperna
Mens cuius arce vivit,
Corpus quieſcit ima
Tellure, mox reſurget
Et ſcandet aſtra iunctum
Menti, Deoque vivet.
Tecum ſerena ovamus
Iucunditate mentis,
Vera fide quod aſtra
Inviſerit beata.
Nunc intuetur ipſum
Coram Deum, nec unquam
Huc appetit redire.
Noli ergo flere multum,
Solare te, beatos
Certe inter Angelorum
Cœtus videbis ipſam,
Ad celſa cum volaris
Cœli beatus aſtra.
Longum Deo valeto,
Nos ſubditos amato.

ot miſeras clades & mille pericula vitæ
Ingenio repetit dum Comitiſſa ſuo,
xpetit ad cœlos migrare & vivere Chriſto,
Hanc qui celſa poli rurſus ad aſtra vocat.

Annus obitus.

ic Iuſti-Hermanni Comitis ſanctiſſima mater

MortVa? paCe Deo VIVIt, oVatque: ſat eſt.
Iuſte-Hermanne, Comes Matrem, celſiſſime, luges
Iure tuam, luctus ſed moderare tuos.
Non obiit, felix abiit ſed ad aſtra, redire
Nec cupit huc, etenim conſpicit uſque Deum.
Non amiſſa ſed eſt præmiſſa, ſequemur, & illi
Iungemur, dantes carmina digna Deo.

EPITAPHIVM.

Metta ſub hoc ſaxo dia requieſcit in æde,
Quæ patriæ cunctis Mater amata fuit.
Religioſa, palam media quem morte profeſſa eſt,
Syncera coluit mente, fideque Deum.
Divinum ſtudio cultum promovit, amatrix
Virtutum, in miſeros officioſa Comes.
Qualis vita fuit, talis fuit ultima finis,
Mortua in ingenua cognitione Dei eſt.
Vivit, & exultans æterna pace triumphat,
Angelicos inter, flammea caſtra, choros.

MOLEBECCA.

Pendit iners nihili qui te, Molebecca, triformem
Perſona nihili pendit & ille Deum.
Quis vetet inſignis Molebeccæ in nomina laudes
Tollere? nemo quidem, ſit niſi mentis inops.
Dat quoties ſignum Campana, repente relinquunt
Propoſitum, hæc cingunt mœnia quotquot opus,
Ad ſacra templa volant celeri velocius Euro,
Paſtor ubi tradit dogma ſalubre Dei.
Quondam ad fumoſam Domus ædificata culinam,
Quæ patet intrantum mane dicata preci.
Tres tantum & paſſus à templi limine diſtat,
Abſolvi poſſunt qui breviore via.
Arte laboratis hæc intus idonea ſcamnis,

Et

Et menſis, circum quas bene quiſque ſedet.
Hanc ſubeunt omnes pede non remorante, morantur,
Divinum donec perficiatur opus.
Suppliciter Superos curvato poplite adorant,
Qui pia vota ratum pondus habere ſinunt.
Inter eos unus materno idiomate tractim
Teutonice, & caſto prælegit ore preces.
Prælegit attentis Ieſſæi carmina Vatis,
Deinde Catechiſmum, dive Luthere, tuum,
Qui ſonat articulos doctrinæ rite docendos,
Semina ſinceræ Relligionis habens.
Sacra tonat lector totam dum verba per horam,
Auditor vigili pectore totus adeſt.
Nullus obeſt reliquis patulas præbentibus aures
Lectori, Superis grata decenter agit.
His vero geſtis præcepta ad munia currens
Quilibet officium lege iubente facit.
Officium laici peragunt dum rite precandi,
Offenſum & flectunt ſupplice voce Deum.
Sacra chori ſubiens Myſtarum Tecta dietim
Grex ſeptem vicibus fundit ad aſtra preces.
Quam Cantor Pſalmos pius incipit ante canendos
Procumbunt poſito, Te Deus ante genu.
Unum Tergeminæ perſonæ Numen adorant,
Orbatos vita nec velut ante rogant.
Nec tamen hos temnunt ſed honorant, vera per illos
Cum doctrina orbi ſit patefacta Dei.
Nec propriis fidunt meritis, nituntur Ieſu
Sanguine, quo mundi purificante ſumus.
Dia replent diris nec Templa boatibus, inſtar
Nec rabioſi ululant per nemora alta lupi.
Incuſtoditum qui captat ovile fameſcens,
Mox rapit à ſtabulis ſanguinolentus oves

Nec ſine mente canunt labiis tantummodo pſalmos,
Corde ſed omniſcium glorificante Deum.
Iuſtitiam hic quærunt primum, & cœleſtia regna,
Hic fidei fructus & pietatis alunt.
Hic ſacra auguſtis, errorum & neſcia rebus
Relligio tanquam fertilis herba viret.
Vis exempla? vide ſuggeſtum, attentus & audi
Tradentes magni dogmata ſana Dei
Iuſtificæ feſtis bis, terve beata diebus
Verba ſonant fidei, qua ſine nulla ſalus.
Bis Litania ſacri precibus cantantur & hymni,
Qualibet hebdomada, non quod id ordo velit,
Propoſiti ſed fit conſuetum extra ordinis uſum,
Credis id acceptum nonne placere Deo?
Non à piſcoſo diſtant procul arva Viſurgi,
Quæ Molebecciaca ſub ditione iacent.
Tecta ſacri quondam ſuper hæc exſtructa ſacelli
Deſtructa omnino quæ iacuere diu.
Sed Molebecca ſuis iterum conſtruxit honori
Sumptibus illa Dei, quo duce ſtare vides.
Terve, quaterve anno ſyncera docentur in illo
Verba, Gregem Domini, quem iuvat eſſe pium.
Hoc inſtanter opus Prior urgeat uſque Rudolphus,
Munificl Membrum ſi velit eſſe Dei.
Non ſine laude ſuo mandato & munere fungi,
Curare & vulgi verba proterva nihil.
Dum peto templa, refert aliquis fortaſſe malorum,
Incepti torpet quodque laboris opus.
Extenuant veluti nummos, quibus arca tumeſcit,
Quæ miſeris dantur, pabula nulla tuos.
Sic ſacra templa Deum repetis dum corde rogatum,
Interea torpet non tuus inde labor.
Sed potius fervet, feliciter omnia cedent,

Quæ ſic incipies, perficiesque, tibi.
Poſtremo tali cultu pietate peracto,
Muſæum repetunt, deinde repente Scholam.
Ingenuis operam vigiles dant artibus omnem
Caſtalio cupidam fonte levando ſitim.
Gymnaſiis norunt vaſtatis eſſe ferinam
Barbariem, & labi Relligionis opus.
Deſidioſa terunt non deſidis ocia vitæ,
Nec rapit hos Paphiæ cœca libido Deæ.
Pocula non ſiccant, non ebrietate ſepulti,
Nec ſomno, ut retur plebs inimica, iacent.
Sic ait hæc. Monachi ſolvuntur in ocia vanis
Rebus, & hæc vacui ſedulitate terunt.
Clamque palamque Dei contra præcepta lupantur,
Evacuant plenos nocte, dieque ſcyphos.
Effuſum toto proflant ex ore ſoporem,
Ebrii, & his non eſt maior in orbe lues.
Improba mentiris, Tu, quæ male reddere Fratres
Omnibus inviſos invidioſa ſtudes.
Multa quidem dici poſſunt, ſed pauca probari,
Dicere vis aliquid, dic mihi vera rei.
Scire cupis faciant intra quid mœnia, cultus
Expediunt uni nocte, dieque Deo.
Biblia cum gloſſis volvunt meditando diurna
Nocturnaque manu, nonne opus hocce bonum eſt?
Templa, Scholasque iuvant, bene de reſonante merentur
Cœnobio ſummi cœlica verba Dei.
Contulit Hoierus non parvum munus in illud
Gratuito, a primo proximus ille Prior.
Nempe octingentos nonagintaque thaleros
Imperii, iuſto parta labore bona.
Quæ ſibi non tali ratione, ac arte paravit,

Quali illa osores esse parata putant.
Sedulus ista sibi condendo paravit honoros
Versiculos, vigili scripta & arando manu.
Cessat adhuc nondum, perget, dum traxerit auras,
Scribere, plura probe dona parata feret.
Debitum ei ex merito dederint modo debiti honorem
Officii, huc factum quod minime usque fuit.
Non caret exemplis res, sæpius acta probavit,
Sed patiente bonus mente vir illa tulit.
Qui consciret ubi sibi nil, pallesceret ulla
Nec culpa, duxit pro nihilo omne probrum.
Pauperibus vere iustis alimenta ministrant,
Sors quibus auratas dura negavit opes.
Huc volat omnis inops, ut aves, densissimus. omne
Terque per hebdomadas fert alimenta Domum,
Vana nihil dicunt rixæ per iurgia Fratres,
Pax alit alma domi, pax alit alma foris.
Quid pietas? nisi casta fiet? quid fortiter acta?
Ni sint iusta rei? quid? nisi vera fides?
Et quid Relligio? si non poliantur honestis
Moribus, hæc sane gratia nulla manet.
Rusticitatis habent sed plurima signa cavenda,
Non secus ac sordent stercora fœda luti.
Si quis enim fidei dotes iactaverit amplas,
Duxerit ac vitam rusticitate gravem,
Ille fenestellas aperit Christi hostibus, omnes
Ut sunt Hæretici, quos Cacodæmon agit.
Moribus idcirco Fratres studuere politis,
Nunc & honore sacris conveniente student.
Hic bene moratos videas nunc Advena Fratres,
Floreat æternum dic, *Molebecca*, vale.
Magne Iehova, potens Divum Pater, atq; hominum Rex
Omnipotente regens cuncta manuque tenens.

Lau

Laurigeram nostris pacem concede diebus,
Extra quam nullum floret ubique bonum.
Bella repelle, Luis contagia tolle, Ministram
Ecce funestam mortis abesse Famem.
Custodi in dubiis Molebecca hoc tempore sanctam
Casibus adversum quaque pericla Domum.
Adflictis adhibe solatia vera, salutem
Rebus in adversis confer, & adfer opem.
MIDeVs, In Christo IesV nostrI Integra IVrIs 1623.
Sancta tibi, & nobis stet Molebecca *diu.*

DE FLEBILI AC MISERRIMO

MONASTERII MOLEBECCENSIS

STATU ET PERSECUTIONE

Author conqueritur.

Dispositas hodie solus spaciabar ad Alnos
Ordine, quâ-resonat murmure rivus aquæ.
Amne rotas gyrat qui non refluente Molarum,
Munus ubi Cereris saxa rotunda terunt.
Pectore volvebam nostri male lætus acerbos
Cœnobii casus, exitiale malum,
Illius & tristi fletu de sorte querebar,
Gaudia quis læta ducere mente potest?
Cernit, & audit enim mœsto sæpissime vultu
Tristia multa domi, tristia multa foris.
Conspicit hinc rabidos hostes crudelibus armis,
Prælia funestæ sentit & inde manus.
Multa quibus crebro largimur munera, nobis
Insidias passim clamque palamque struunt.
Sunt quibus ad nostram locus est acumbere mensamq;
Nos ubi præsentes magnificare sciunt,
Nos sed in absentes linguæ convitia fundunt,
Pestiferum ficto pectore virus alunt.

Si latebras animæ mucrone recludere possent,
Momentum haud sinerent nos superesse solo.
Culmina, si possent, ruerent a sedibus imis
Cœnobii, eiicerent nosque repente domo.
Si bona præstamus, Dominos nos voce salutant,
Quo minus, indignum, turba scelesta sumus.
Hic pietatis honos, mundi hæc est gratia, serpens
Quem nocuo Agricolæ reddidit ore probo.
Maior, itemque minor (quis non de iure doleret)
Cuncta student nobis eripuisse bona
Nunc his utuntur male, nunc rationibus illis,
Ad sua quo penitus nostra referre queant.
Possideant, aiunt, Monachi cur prædia, villas,
Arva, Domos, saltus, innumerosque greges?
Ac tot, qui mandunt spumantia frena, caballos,
Quæ iure, hæc contra ius rapiemus, habent.
Non exempla petas, tibi sunt passim obvia, vere
Quæ non exigui signa doloris habent.
Frangere spinosis animi præcordia curis,
Et lachrymas nobis elicuisse queunt,
Immeritos quanquam nos execratur, & odit
Turba parans nobis invidiosa malum.
Sunt, ait hæc, Monachi telluris inutile pondus,
Ac populi pascunt sanguine Ventris onus.
Obba gravis dextra pendens, lævaque cucullus,
Symbola sunt Monachis fraude referta pigris.
Insidias lecto ponunt ubicunque iugali
Clanculum, & in cellis scorta latenter alunt.
Templa licet crebro repetant, tamen impius ordo est
Et sine mente canunt, & sine mente legunt.
Mentiris, bone vir, contraria vera, probabo,
Te reprobis talem moribus esse virum.
Nequaquam Monachi telluris inutile pondus,
Gens inimica homini, non inimica Deo est.

Penna levis dextra pendens, lævaque papyrus
 Symbola sunt Monachis laude referta piis.
Nil didicêre Deo præter dare carmina laudum
 Biblia & in cellis sancta patenter habent.
Sancta chori subeunt pietatis amore theatra,
 Non sine mente canunt, non sine mente legunt.
Ni mala desierint nos carpere Turba, subibunt
 Infernum, & pœnas, quas meruêre, luent.
Hæc ubi volvebam tacito sub pectore mecum,
 Spargebamque meas largiter imbre genas,
Obvius Aonidum mihi dux fiebat Apollo,
 Ex Helicone Deo qui mihi iussus adest.
Me placidis mœstum dictis affatur, Alumne,
 Quid querulos tristi reddis ab ore sonos?
Quid lachrymosa gemens suspiria ducis ab imo
 Corde? modum lachrymis pone, relinque metum.
Vestrum intra muros licet experiatur, & extra
 Cœnobium, varii tristia fata mali.
Anguina immerito reddatur gratia vestris
 Pro meritis, quorum copia larga fuit.
Vosque aspernetur turpis fæx impia vulgi,
 Stat tamen a vestris partibus usque Deus.
Pro maledictorum Cumulis benedictio cornu
 Largifluas vobis divite fundet opes.
Vos quoque mansuris decorabit honoribus, unquam
 Nam sibi fidentes destituisse nequit.
Vestra Prior vester defendet & arva, citatos
 Nomine Cœnobii curribus aptat equos.
Ut clypeo avertat precis impendentia vestris
 Ædibus arma, frequens nascitur unde malum.
Nominis eximios vestri tueatur honores,
 Pluribus ac census censibus addat: ait:
Cœnobii, & Fratrum pro partibus usque paratus
Sponte

Sponte doloris ero vulnera mille pati.
Nolo deesse meis, mihi credite, partibus, ipso
Donec in hoc aliquid corpore lucis erit.
Si foret hac etiam Solis mihi luce carendum,
Deberemque omnes perdere solus equos.
Non tamen a studiis latum vigilantibus unguem
Cedere cura, quidem quod pudor esset, erit.
Res bene Cœnobii stabunt, dum pura Iehovæ
Verba docebuntur, vos eritisque pii.
Gymnasio in vestro pueri erudientur, egenis
Munifica dabitis larga alimenta manu.
Spiritus ac vestri donec reget ossa Prioris,
Nemo hominum vestris rebus obesse potest.
Scommata quid turpis vulgi perversa moraris?
Et sua cum Musis prælia vulgus habet.
Qui sapis, auxiliis noli confidere, vulgus
Sortis ad instabiles statque, labatque vices.
Hæc moneo, monitus monitis loca sponte relinquas,
Insideant animo carmina sancta tuo.
Tu facias rectum quodcunque videbitur, alter
Te quamvis ulla laude beare neget.
Tam bona facta potest nemo præstare, nec unquam
Dicere iusta, procax vulgus ut illa probet.
Vos, scio, vestra satis doctrina tuebitur, altâ
Cum virtute ipsi vita probata Deo.
Vos apud anne graves mihi sunt virtutis Alumni?
Vester amat doctos Subprior anne viros?
Sedulus anne Dei cultus, & rite propagat
Verba? satisne mea doctus in arte? satis.
Sancta Evangelii lucis mysteria Fratres
Anne docent reliqui rite, probeque? docent.
Teque, Tuosque procax igitur quid scomma moveret
Fide Deo, nugas despice, liber eris.

No

on est, quod magnos luctu testere dolores,
Non est, quod crebris fletibus ora riges.
fficit, alta redi sacratæ ad culmina sedis,
Musæum promta mente revise tuum.
cara tuo, bonus est, Patri fac carmina, manda
Quod fidei pactum, quod pietatis amor.
ixit: & umbriferi iuga rursum Heliconis adivit,
Aonidum cœtu pone legente gradus.
lis mihi cura fuit iussis parere, subivi
Musarum, studiis tempora iusta dedi.
ætus & hæc Elegis deduxi carmina, Lector,
Candidiore alba quæ nive mente legas.

II.

EXCERPTA

Necrologii veteris Abbatiæ Mollenbeccanæ.

IANVARIVS.

Kal. Ian.	*Godescalcus* Episcopus
II. Non.	*Balbucius* Archiepiscopus.
V. Idus.	*Saracho* Abbas & Confessor.
XIV. Kal. Febr.	*Bia* Conclusa.
XII. Kal.	*Reinsuvit* Nobilissima Domina.
	PASCHALIS Papa.
X. Kal.	OTTO Imp.
IX. Kal.	*Helmburg* Abbatissa.

FEBRVARIVS.

IV. Nonas.	*Herburg* Abbatissa.
	Frederun Abbatissa.
	Theodericus Episcopus.
III. Nonas.	DAGABERTVS Rex & amicus S. Dionisii.
VII. Idus.	*Adelbertus* Episcopus.

Methilt

	Methilt Abbatissa.
	Henricus Comes & *Everhardus* occisi sunt.
VI. Idus.	*Hademoth* Abbatissa.
V. Idus.	*Bernardus* Dux.
IV. Idus.	*Brun* Episcopus Mindensis.
III. Idus.	*Hadaburg* Abbatissa.
Idus.	*Ecwardus* Episcopus.
XV. Kal. Mart.	*Anno* Mindensis Episcopus.
XIV. Kal.	*Rbodo* Comes.
XI. Kal.	*Thidericus* Episcopus.
VI. Kal.	*Reinmoth* Abbatissa.
V. Kal.	KONEGUNT Imperatrix.
II. Kal.	*Humfridus* Archi-Episcopus.
	Thidericus Episcopus.

MARTIVS.

